dē confitentur ipsum videlicet esse per demonstrationē solū. Verbū vtiq; graece est gar, latine enim. Sed q̄a nō tenet pro reditiuo causę, ideo trāsferri pōt pro cōfirmatiuo videlicet vel vtiq;. Sed omniū, vt inquit, esse demōstrationē nihil ꝓhibet, & hoc ꝓbat ex vna particulari, & inqt. Contingit.n. circulo fieri demōstrationē, ex his quæ adinuicem cōuertibilia sunt. Igitur supple in oibus priora per posteriora circulo demrāri pōt. ¶ Animaduersione dignū rōnē hanc tripl'r peccare. Primo qdē in forma, q̄a arguit a positione cōsequētis ad positionē antecedētis. Secundo in materia, quia (vt dicet) hypothetica communis est falsa. Tertio quia ab vna singulari deducit vniuersalem, nō.n. si in conuertibilibus licet circulo retrocedere, in omnibus sequitur idem fieri posse.

Refutatio cauilli.

*Nos autem dicimus nec omnem scientiam esse demonstratiuā, sed eorum quæ medijs uacant indemonstrabilem esse.*

*Nos uero dicimus non omnem scientiam demonstratiuam esse, sed immediatorum indemonstrabilem.*




Comm. 31.

Rn̄det Aristoteles, & huius rei veritatē subiungit, in nuitq; simul & veritatē q̄liti, & solutionē ad eorū rōnē. Veritas itaq; est in subcōtrarijs constituta. Nam vtraq; contraria falsa est. Illa.n. falsa est, oīs scientia est demonstratiua, & illa etiā, nulla scientia est demōstratiua. Quare vtraq; harū vera erit, aliqua sciētia ē demōstratiua, vt mediatorū. Et aliqua sciētia nō est demōstratiua, vt immediatorū. Ex hoc patet hypotheticā illā esse falsam, q̄a licet si demonstratio sit, prima scire sit necesse, nam notiora & scibiliora oportet prima esse, p quę posteriora sciūtur, non tñ ipsa scire necesse est per demonstrationē. nā immediatorū scientia quidē est, sed non per demonstrationē, quia per seipsa fidē habent, inquit, Nos vero dicimus non oēm scientiā demōstratiuā esse, quia aliquam demōstratiuā, vt mediatorū, sed immediatorū indemōstrabilē. & sic simul veritatē tangit, & paralogismi solutionē ¶ Philopo. reducit eos qui negāt demonstrationē, concedere illā. Nā si negant demonstrationē, aut per syllogismū hoc probant demōstratiuū, aut per syllogismū nō ex necessarijs. Si ex syllogismo nō ex necessarijs, nīc nihil certi haberēt. At si ratio per quā syllogizāt demōstrationē nō esse, est demōstratiua, nīc negādo demonstrationem esse, ponūt demōstrationē esse, veluti q negant loquelam esse ore, ponunt loquelā esse. ¶ Quare Arist. sapide ab vtraq; positione sumit demonstrationē esse, & ab illa positione, q̄ negat demōstrationē esse:

Quæ Phil.

& ab illa positione, quę ponit demonstrationem esse.

*Quod quidem necessarium esse patet. Nam si necessarium quidem est ut priora sciantur & ea ex quibus conficitur demonstratio, statur autem tandem in hisce quæ uacant medijs hæc indemōstrabilia necesse est esse.*

*Et q̃ hoc necessarium sit, manifestum est. Si enim necesse est scire quidem priora, & ex quibus est demonstratio, stant autem aliquando immediata. Hæc indemonstrabilia necesse est esse.*

Probat nūc id quod sumpsit. Sumpsit enim q̄ sint q̄dam quæ sciuntur immediata ac indemōstrabilia, & sumit ad huius rei demonstrationē. Primo q̄ prima ex q̄bus est demōstratio sciuntur. Secundo sumit q̄ scibilia aliquando stant immediata ita, vt per seipsa sciantur, & nō per alia priora. Aliter esset processus in infinitū. Ex his simul sumptis concludit prima p quæ scimus mediata, esse indemōstrabilia: & sic habetur aliq̄ esse sciam indemonstrabilem, vt immediatorū, inquit. Et q̄ hoc necessarium sit, videlicet q̄ sint aliqua indemonstrabiliter scita, manifestū est. Deinde probat hoc, vt dixi, sumens duo, & inquit. Si enim necesse est scire quidem priora: & pro idest ex quibus est supple cōnstitutiue demonstratio, quod dicit ad differentiam priorum, ex quibus non est demonstratio nisi potestate, hoc est primum, sumit secundum, & inquit. Stant autē aliquādo immediata: hoc est: secundum: quod eo patet: quia non licet ꝓcedere in infinitū. Ex his concludit propositum, & inquit. Hęc indemōstrabilia necesse est esse, & sic aliqua sciētia erit indemonstrabilis, vt accepit. ¶ Ex hoc Philopon. infert bene esse dictum in principio differre scientiam a demonstratione, eo q̄ scientia sit amplior, & in plus. Est enim scientia tam mediatorum: q̄ immediatorum. At demonstratio non nisi ipsorum mediatorum.

Comm. 32.

Supra com men. 2. Quæ Phi.

*Hoc igitur ita sese habere dicimus, ut non solum scientiam, sed & principium scientiæ quoddam esse asserimus, quo terminos ipsos cognoscimus.*

*Hæc igitur ita dicimus, & non tantum scientiā, sed & principium scientiæ esse quoddā dicimus quo terminos cognoscimus.* quo

Hæc igitur ita dicimus: hoc est hęc esse imediata ita dicimus, & non tātum supple dicimus scientiā ipsorum indemonstrabilē esse: sed & dicimus esse quoddam scītrix eorū principium quorum terminos cognoscimus. ¶ Vbi debes scire q̄ Aristo. per hæc voluit habere esse statum in demonstrabilibus ad indemonstrab.lia. Et ideo hęc, quæ dicit dupl'r exponi possunt vno modo, vt Philoponus inquit, intelligendo per principiū quo terminos noscimus intellectum diuinum: nam rerum resolutio hæc est, q̄ sensibilia resoluuntur ad cœlestia. Cœlestia ad eorū formas: q̄ sunt substātię simplices. Has nos cognoscimus diuino intellectu illustrati. Et sic (vt ait) p terminos, intelligit formas cœlestium corporū, ad quæ resoluuntur hęc mortalia. Per principiū igitur quo terminos cognoscimus: intelligit intellectum diuinum: quo illustrati cognoscimus substātias simplices, quę sunt formę siue termini cœlestium, ad quæ omnia hæc resoluuntur. Et ita patet esse statum in rebus. ¶ Hęc expositio, (vt mihi videt) ꝓpositum trāscendit. ¶ Propterea melius Themistius & magis naturaliter, & ad literā plus cōueniens: inquit Aristotelem per principium quo terminos cognoscimus intelligere intellectum nr̃m, & p terminos: subiectū & p̄dicatū, ad quæ immediata resoluuntur. Est igitur hęc resolutio, q̄ mediata & demōstrabilia resoluuntur

Comm. 33.

Duplex expositio verborum. Arist. Philopo.

Quæ expō Philopo. the. expō.

Resolutio quo fiat.

resoluuntur ad immediata,& per illa sciunt. Immediata vero resoluuntur in eorum terminos,subiectum & prędicatum,& per illa sciuntur. Termini vero intellectus lumine cognoscuntur. Vt enim sensibilia per se sensu ipso ac lumine sensitiuo cognoscuntur, & nulla alia rõne sic prima simplicia intellectus lumine, & nulla alia rõne cognoscimus. Intellectus igit simplicibus apprehensionibus terminos apprehendit,indemonstrabiliter eorum capiens naturam,ex quibus dignitates connectit,quare non necesse est res i infinitum ꝓcedere,sed est & quoddã demonstrationis principium intellectus,qui res comprehendit & non indiget demonstratione ipse, cum sit

Verborum expõ. principium. ℂ Quo vero ad verba attinet, verbum illud quo grece est,& licet multa apud gręcos significet, nam, nam significat idem quod inquantũ. Hic(vt mihi videtur)est relatiuũ,& datiui casus, refertur@ ad archẽ, id est principium,quod gręce est fęminini generis,Et sic cum Aristoteles dixisset immediata esse quædam ad quę stamus indemonstrabiliter,statim subiungit esse principium quoddam, quo terminos principiorum noscimus,hęc de verbis. Ex re vero ipsa patet immediata sci

Ca.7.& 2. huius ultimo. ri,& non tantum intelligi. Quia licet.6.ethicorum dicat Philosophus eorum esse intellectum, tamẽ eorum non tantum intellectus est,sed & scientia etiam.non quidem demonstrabilis, sed indemonstrabilis,vt diximus.

*Et etiam patere dicimus fieri non posse ut circuli modo demõstratio simpliciter conuertatur si demonstrationem ex prioribus oportet ac notioribus esse. Fieri enim nequit ut eisdem eadem simul priora sint atq; posteriora,nisi altero modo, ueluti si alia nostra ex parte, alia simpliciter dicantur, quo quidem modo facit inductio notum. Quia si ita sit,non bene est diffinitum ipsum simpliciter scire,sed est sane duplex. An altera demonstratio quæ sit ex hisce quæ nobis sunt notiora,non est simpliciter demõstratio.*

*Circulo autem ꝙ impossibile sit demonstrare simpliciter, manifestum est. Siquidem ex prioribus oportet demonstrationem esse,& notioribus, Impossibile enim est eadem, sibi inuicem simul priora,et posteriora esse nisi altero modo ut hæc quidẽ ad nos. Illa uero simpliciter, quo quidem modo inductio facit notum. Si autem sic est, non utiq; erit simpliciter scire bene definitum, sed dupliciter. Aut non simpliciter altera demonstratio sit ex nobis notioribus.*

Com.34. Erat secunda positio ꝙ demõstratiua scientia sit,quoniam omnium est demonstratio.ꝙ vero omnium sit demõstratio,probabat, quoniam circulo demonstrationẽ esse necesse est. Quod vero circulo demonstratio sit. Iterum probabat,quoniam conuertibilia contingit circulo demonstrari. Aristoteles ergo nunc ostendit: nihil circulo posse demonstrari,quinimo nec conuertibilia,qua ratione & via vult Aristo.habere, ꝙ secunda positio peccet & in forma argumentandi: q̃tenus ex vna singulari vniuersalem argumentatẽ.& in materia,q̃tenus singula-

Duplex expositio Philopo. ris illa etiam falsa est. ℂ Quo vero modo illa singularis falsa sit, Philopo.dupliciter declarat,verba Aristo.duo

Prima expositio. bus modis exponens. Primo modo sic,Si circularis ostẽsio in demonstrationibus est,nõ nisi pro tãto,quia ex posterioribus posset demõstrari prius,& si sic,non recte es-

2.expõ. set simplr definitũ ipsum scire,sed dupliciter. ℂ Secũdo mõ Philop.exponit sic,Si demõstratio circularis sit possibilis,tũc ex posterioribus posset demõstrari prius. Qd vero ex posterioribus prius demõstrari non possit, pro batur,qm dictum est demonstrationẽ fieri ex primis na

tura. At circularis demõstratio prima ex posterioribus demonstrat. Ergo demõstratio nõ fit circulo,nisi dentur demonstrationis duo modi,& qui ex prioribus natura, & qui ex posterioribus,& sic demõstratio nõ esset simpliciter,sed dupliciter definienda. ℂ Differt hæc secũda Dfia expositionum. expõ a prima, qa hęc ducit ad illud qd demonstratio nõ simpliciter,sed dupliciter esset definita. Prima vero ducit ad hoc,ꝙ scire nõ simpliciter,sed dupliciter esset definitum.vnde inquit. ℂ Circulo autẽ ꝙ impossibile sit demonstrare simpliciter,manifestum est. Siquidẽ oportet ex prioribus & notioribus demonstrationem esse.Si.n. ex prioribus natura sit demõstratio,non potest circulo aliquid demõstrari,quoniam non nisi ex posterioribus fieri potest, nõ enim eadẽ eisdem priora & posteriora sibi iuicẽ esse possunt simul, nisi altero modo vt vel hęc quidem ad nos,vel illa simpliciter. Simul autẽ eadem esse priora & posteriora est ipossibile, voco priora ad nos,quæ nobis patent, quo quidẽ modo inductio ex prioribus ad nos vniuersale notũ facit. Ergo vis rationis hæc est. Si demõstratio circularis esset possibilis. Aliqua demõstratio esset ex prioribus ad nos. Tũc destruit Rñ.text. consequens,& inquit. Si autem sic est.s.ꝙ aliqua demõstratio si ex prioribus ad nos:nõ utiq; erit simpliciter scire bene definitũ. Et ꝑ simpliciter scire,intelligit aut simpliciter demonstrationẽ,ut expositio secunda dicit, aut simpliciter scire,hoc est scientiã simpliciter bene definitam. Sed erit dupliciter definienda, Vel erit dicẽdum ꝙ altera demõstratio quæ est ex prioribus ad nos, non sit simpliciter demõstratio. Sed æquiuoce,& per quandã similitudinem. Sic igitur non est circulo demõstrare, quoniam ex prioribus ad nos esset demonstrare,non.n. eadem eisdẽ sunt nobis priora & posteriora simul, sed altero modo,aut ad nos,aut natura. Modo nõ est demõstrare ex prioribus ad nos,quoniã demonstratio non esset vno modo,sed duplex,vel saltẽ demõstratio: quæ est ex prioribus ad nos:non erit demonstratio nisi ęquiuoce. ℂ Sed contra obijcit Philopon. quoniam hæc de Obiectio Philopo. mõstratio est: Cinis est hic,ergo ignis aliquãdo fuit ibi. Amplius & hæc.luna taliter illuminatur:ergo est sphęrica. ℂ Iuniores propter hęc dixerunt duplicem esse de- Rñ Iuniorum. mõstrationẽ,quia & propter quid:hoc est ex prioribus ad nos:ex prioribus natura. ℂ Auerroes uero addit tertiã quã appellat demõstrationem simpliciter: quę est ex simpliciter nobis & naturę notis. ℂ Themistius vero & Qua Themistius. Alexander:& Philoponus eum syllogismum qui est: Alexan & Philopo. ex simpliciter prioribus:solum demonstrationẽ esse autumant:eum vero: qui est ex prioribus nobis,cõiecturã vel syllogismum esse tantum tradunt. Et si demõstratio dicitur:non nisi ęquiuoce appellatur. Tũc patet:ꝙ rationes illæ:q̃ in dubitatione inductę sunt:non sunt demonstrationes:sed(vt Philoponus inquit). Coniecturæ qua- Coniectu e te sunt duplices. rum aliæ sunt necessariæ:vt illæ: q̃ tactæ sunt: Aliæ non necessarię:sed solum rhetoricæ:vt illa: hęc mulier pallida est:ergo peperit:& ista:hic de nocte vagat.ergo est fur:& ista:hęc se ornat:ergo mechus:verũ de his postea. Vide sup com.12.

*Euenit autem hisce qui dicunt demonstrationem uersari non solum id quod nunc est dictum,sed etiam nil aliud dicere,quã hoc est,si hoc est. Hoc uero pacto facile est omnia demonstrare. Atq; patet idipsum accidere tribus positis terminis. Siue enim ꝑ multos siue per paucos redire dicatur nihil profecto refert,atq; per paucos etiam duos. Nam quando cum.a.sit, est necessario.b. Et*

*hoc cum sit ex necessario.c. Tum cum.a.sit necessario.c.ipsum erit. Si igitur cum.a.sit.necesse est.b.esse,& cum.b.sit necesse est esse.a.hoc enim erat circuli modo uersari. ponatur.a.eo in loco quo ipsum est.c. Dicere igitur cũ.b.sit.a.ipsum esse, nil aliud est quã dicere, cum.b.sit.c.ipsum esse. Id autẽ nil aliud est quã dicere, cum.a.sit.c.ipsum esse. At idem est.c. &.a. quare fit ut hi qui censent orbis modo demonstrationem uersari, nihil aliud dicant quã cũ.a.sit.a.ipsum esse.hoc uero pacto facile ẽ oĩa demõstrare.*

*Accidit uero dicentibus circulum demonstrationem esse, nõ solum quod nunc dictum est. Sed nihil aliud dicere quam quoniam hoc est.si hoc est. Sic autem facile est demonstrare omnia. Manifestum autem est ꝗ hoc accidat, tribus terminis positis, per plures.n.aut pauciores reflexionem dicere, differt nihil. Per paucos uero quam per duos. quando enim.a.existente, ex necessitate erit.b. Hoc autem existente, erit.c.ipso.a.existente erit.c. Si igitur.a.existente, necesse est.b.esse. Hoc autem existente, ipsum.a.(hoc enim erat circulo demonstrare) ponatur.a.in quo.c.igitur.b.existente.a.esse dicere, est.c.esse dicere. Hoc autem, quoniam.a.existente.c.est.c.uero ipsi.a.idem est, quare contingit circulo dicentes esse demonstrationem nihil aliud dicere quam quoniam.a.est a.est. Sic autem omnia demonstrare facile est.*

Com.:5. Cum induxisset vnum absurdũ contra eos, qui concedebant omnia esse demonstrabilia: & demonstrationẽ circularẽ, videlicet ꝙ ex posterioribus priora, & ex particularibus vniuersalia demonstrent, nũc trãsit ad aliud absurdũ. & prima facie sic videtur ꝓcedere. Si demonstratio circularis esset: ita vt oĩa demonstrabilia sint: tũc ꝑ illam nihil aliud demonstraret ꝗꝫ si.a.esset.a.esset. Vltra si per illam nihil aliud demonstraretur ꝗꝫ si.a.esset.a.esset tunc facile esset oĩa demonstrare. Prima consequẽtia prima facie declarat supponendo ꝙ tunc est demonstratio circularis, cũ in eadẽ syllogismi specie conuersio fit. Nã (vt diximus) si ab effectu causa demonstraret, & deinde a causa effectus: hæc conuersio non esset in demõstrationibus, qm̃ ꝓcessus ab effectu causam non ẽ demonstratio: sed syllogismus rm̃: vel coniectura necessaria, vt Philop. inquit. Quare si.a.demonstrat.b.a.est causa simpliciter prior ipso.b.& contra.b.demonstrat.a.&.b.erit causa simpliciter prior ipso.a. Hoc enim pacto secũdũ Aris. erit circulo demonstrare. Tunc ex his patet.a.esse causam simpliciter sui ipsius, qm̃ quicquid est causa causę est etiã causa causati. Igit si.a.est causa simpliciter ipsius.b.& cõtra.b.causa simpliciter ipsius.a.vtiqꝫ.a.erit suimet simplr causa. Quare si demonstratio circularis est: Idem simplr erit sui ipsius causa. Et sic per illã demonstrationẽ non plus habebit ꝗꝫ si hoc est, hoc est. Sic autẽ erit facile oĩs demonstrare: quia cũ ipsam solã rem haberemus: vt Eclypsim: mox demonstrationẽ haberemus qm̃ eclypsis esset ꝑꝑ eclypsim. Haberemus.n.simul causam & effectũ: & ita demonstrationem totam.

Contra opinionẽ aliquorum. ¶ Ex his patet ꝙ dicentes circularẽ demonstrationẽ: in diuersis generibus demonstrationis: aut in diuersis generibus causarum, non possint Arist. rationẽ efficacẽ reddere. vt considerãti patet. Hanc rõnẽ Aris. ponit in terminis, et sumit tres terminos, et illos quidẽ eo mõ: quo sumpsit scd̃o priorũ.

Cap.:. Et qm̃ syllogistica cõuersio multiplex est: ne confusio accidat: sic illos tres terminos disponit, vt ambę ꝓpositiones ĩ prima demõstratione vocent.a. Excusat autem se dicens, per plures enim aut pauciores reflexionẽ dicere refert nihil. nec refert si eã dixerimus ꝑ paucos aut duos. Et ꝓpterea nõ est curãdũ si duę ꝓpõnes vno termino dicant, videlicet ipso.a. Et sic totũ antecedens vocet.a. conclusio vero ad illud sit.b. At cõclusionis cõclusio sit.c. terminis dispositis deducit cõsequẽtiã sic: si.a.est. Et intelligo ꝑ.a. aggregatũ ex maiore, & minore: & ꝑ.b. conclõnem. Vltra: si.b.est.c.est.&.ꝑ.c. intelligo conclusionem conclusionis, q̃ est terminus totius demõstrationis circularis: & ita itelligere oportet illud met aggregatũ: qd̾ intelligebat ꝑ.a. Aliter non esset circulo demonstrare. Et licet ex.b. non sequat unica demõstratione totũ illud aggregatũ: tñ diuersis demonstrationibus sequit. Nã ex.b.cũ altera ꝓpositionum. sequitur nunc vna: & cũ altera sequit nunc altera secundo priorum. Accipit tñ gratia breuitatis ex.b. sequi totum illud aggregatũ simul. Igitur si.a.est.c.est a primo ad vltimũ medijs non variatis: sed.c.idem est quod.a. (vt dictum est.) Igitur si.a.est.a.est. Et ita si omnium esset circularis demonstratio: non plus ꝑ illã demonstraret, ꝗꝫ si.a.est.a.est. qua ratione omnia esset facile demonstrare. Cap.

¶ Animaduerte: vt ex his: quę Philop. inquit colligitur. In uerbis Aristo. est multiplex obscuritas. Prima quidem, quo elementa pro terminis accepit. Secunda vero: quo terminos pro propositionibus. Tertia deniqꝫ, quo non explicauit quid per.a.& quid per.b. & quid ꝑ.c. intelligat. Que obscuritas verborum Aristo. Prima Secunda Tertia.

¶ Attamen (vt Philoponus perpulchre exponit) ipso.a. utitur pro duabus propositionibus syllogismi: Aut ꝓ minore: derelinquens maiorẽ in mẽte: & est melius: Vtitur enim.a. pro hac minore: homo risibile. Ipso autẽ.b. vtitur pro conclusione, videlicet pro illa: homo est disciplinę capax. Sequitur.n. homo est risibilis. Ergo homo est disciplinę capax: quia in mẽte seruatur ꝙ omne Expõ Philopo.




risibile conclusio ectu clusionis c.

risibile est disciplinę capax. Quare hac in mente seruata, sequit. homo est risibilis. ergo homo est disciplinę capax. Et qm̃ circularis ostensio cõclusionẽ capit, vt minorem propositionẽ alterã inferẽdo, Rursus ipso.b. vtitur vt minore propositione inferẽdo propositionẽ q̃ fuit a principio: hoc modo, homo est disciplinæ capax. Ergo hõ est risibilis. Sequitur.n. seruata in mẽte hac, omne disciplinæ capax est risibile hæc.n. est conuertens maioris primę demonstrationis, quę fuit in mente seruata. Quare patet: ꝙ si homo est risibilis, hõ est disciplinę capax. Et conuertit, homo est disciplinæ capax. Ergo homo est risibilis. ergo a primo ad vltimum. si homo est risibilis, homo est risibilis. Et sic oĩa esset facile demonstrare. Qm̃ quantum est ex demonstratione: quę fit per elemẽta: nullum videtur absurdum conclusum esse, siquidem per.a. ostensum est.b. per.b. vero.c. resumit sermonem, & addit ponatur.a. in quo.c. hoc est ponatur idem.a. cũ c. Et sic concluditur.a. existente.c. esse. Quare si.a. quidẽ existente.b.est.b. vero existente.c.est. Idem autẽ erat.a. cum.c. Concludetur igitur ꝙ.a. existente.c.est: & cum.c.&.a. idem sit, concludit.a. existente esse.a. hoc pacto Philopo. exposuit ¶ Tunc venio ad verba. Dicit enim sic. Accidit vero dicẽtibus circulo demonstrationẽ esse, nõ

solum

solum quod nūc dictū est: hoc est ex posterioribus priorem, & ex particularibus vniuersalia demonstrari. Sed nihil aliud dicere q̄ qm̄ hoc est: si hoc est: idest eadem eisdem & priora & posteriora esse: & notiora & ignotiora, quod quidem absurdum est: quoniam sic facile esset demonstrare omnia. Quod uero accidat dicentibus circularem demōstrationem esse: qm̄ hoc est: si hoc est: proponit probare: & inquit. Manifestum aūt est q̄ hoc accidat tribus terminis positis: & hoc merito: ut Philopo subaudit, qm̄ & demōstratio ad minimum est ex tribus terminis. hoc autem ideo: quia omnis syllogismus est ex tribus terminis: quare circularis ostensio ad minimum quidē est ex tribus terminis. Propositionibus uero duabus. Exponit autem hoc: & inquit. Per plures.n. aut pauciores reflexionē dicere differt nihil: p paucos autē q̄ per duos. Possibile.n.ē cōposito syllogismo utētes per plures terminos syllogizant: & reflectere circulari ostensione: atq; nihil refert siue plures sint termini: siue pauciores. Per paucos autē hoc est per pauciores propositiones: q̄ per duas differt: qm̄ impossibile est reflexionem fieri per pauciores tribus terminis: duabus vero propositionibus: qm̄ neq; syllogismum contingit per pauciora fieri. Deinde ordinat discursum circularē: et inquit. Qñ enim.a.existente: hoc est aut minore ꝓpositione: aut vtrisq;(ut diximus) ex necessitate erit.b.hæc est conclusio. Hoc autem existente uidelicet.b.quod: vt conclusio ab initio acceptum est: nunc autem: vt propositio, erit.c.scilicet vltima cōclusio. ipso.a.existēte.erit.c. quare.a.existente ex necessitate.c.est. Sed.c.assumit idē cum.a.ergo.a.existente est.a. Tunc resumit rationem: et inquit. Si igitur.a.existente, necesse est.b.esse: hoc existēte.s.b.necesse est esse.a.(hoc enim erat circulo demonstrari) ponatur.a.in quo.c.ponitur: & sequitur (vt īquit) igitur.b.existēte.a.esse dicere: est.c.esse dicere: qm̄ idem ponitur. Hoc autem.s.sequitur: qm̄.a.existente.c. est: vt a primo ad vltimū patet.c.vero ipsi.a.idē est: quare (vt inquit) contingit circulo dicentes esse demōstrationē nihil aliud dicere q̄ qm̄.a.est.a.est. Sic autē oia demōstrare facile est. Nā.b.per.a.demonstratur.c.vero p.b.sed.c. est idem cū.a.quare concluditur nihil aliud q̄ q̄.a. existente: necesse.c.esse: hoc est.a.existente.a.esse, hęc est ex
Verborum expō. positio Philo. ℂ Quo vero ad verba attinet, Aris. sumpsit.c.idem quod.b.qm̄ in circulo idē est principium & finis, sed quia differunt ratione, ideo quasi altero nomine vocauit.
Dubitatio ℂ Sed dubitares, qm̄ per hāc rōnē non solū vī destrui circulus in demonstrationibus: sed in syllogismis. Qm̄ si ī sylli̇s esset circulus faciam Aris. rōnē.s.q.a. syllogizabit.b.&.b.syllogizabit.c. ergo.a.syllogizabit. c.sed.c.est idē ipsi.a.ergo.a.syllogizabit.a. & sic oia erit facile syllogizare. Quare p rationē Arist. non solum in demonstrationibus: sed in syllogismis circulis delebit.
Solutio. ℂ Dicendū q̄ Aris. supponit demonstrationem circularē esse quoties prima demōstratio & secunda sunt eiusdem speciei. Nā tunc sequit.a demonstrat.b.demonstratione simpliciter: & a priori: &.b.demonstrat.c.ēt demōstratiōe simpliciter & a priori. ergo.a.demōstrat.c.demōstratione simpliciter & a priori. Sed.c.est idē ipsi.a.ergo demonstratione simpliciter & a priori.a.demonstrat.a. Non autem de syllo sic est, qm̄ licet.a. syllogizet.b. b. nō syllogizat.c.eadē specie sylli: & propterea nō sequit: ut.a.syllogizet.a.quoniā syllogismi sunt spē differentes.

*At uero nec idipsum fieri potest, nisi in hisce quæ mutuo se sequuntur quemadmodum ipsa propria.*

*At uero neque hoc est possibile, nisi in his, quæ se inuicem consequuntur sicut sunt propria.*

Vna expositio nostra est, q̄ nunc velit Aris. ostēdere eorum errorē in forma argumenti, qui concesserunt circularem ostensionem in demonstrationibus. Argumētabantur enim ex vna singulari vniuersalē hoc pacto. Cōuertibilia possunt circulo demōstrari. Igitur omnia possunt circulo demonstrari. Obijcit ergo nunc contra formam huius argumēti, & inquit. ℂ At vero neq; hoc est possibile vniuersaliter in oībus. Sed solum in his: quę se inuicem consequunt: qualia sunt propria. Quare ex illa singulari non sequitur vniuersalis ℂ Philo.(vt mihi videt) sic exponit. At uero neq; hoc est possibile.s.eadem per idem demonstrari. Sed solū cum tres termini capiūtur ita se habentes adinuicem: vt vnusquisq; ad cæteros conuertatur: hoc est, vt ipsi æquiualeant. Hoc autē est dicere quoniā oportet ꝓpositiones ex proprijs componi: vtputa: homo: risibile, mentis, & scientiæ capax. Vnūquodq;.n.horum ad cętera conuertitur. Si enim non ita essent positi termini: neq; omnino circulari ostensione vti possibile erit. nō enim possibile esset: vt propositiones conuertantur. Siquidem vniuersalia affirmatiua nō ad seipsam cōuertit: sed ad particularem affirmatiuam. Per quę Philo. dat intelligere Ari. locum esse hypotheticę: quoniam non vult in cōuertibilibus circularem demonstrationem fieri, quoniam probauit uniuersaliter in nullis fieri posse. Sed vult q̄ si circularis demonstratio sit possibilis, non fit nisi in conuertibilibus. Pręterea innuit esse intelligendum per propria propositiones, quę componuntur ex proprijs. Nam tunc propositiones possunt vniuersaliter conuerti: vt Auer. dicit. sunt autem propria subiectum: proprium, & definitio.

*Demōstratum est igitur prius uno quidem posito nunquam necessario aliquid aliud esse, uno inquam aut termino aut positione. Ex duabus autē positionibus primis ac minimis fieri posse, siquidem & ratiocinari contingit.*

*Vno quidem igitur posito, ostensum est, q̄ nequaquam necesse aliquod esse alterum. Dico autem uno, quoniā neque termino uno, neq; positione una posita. Ex duabus autem positionibus primis, & minimis. Siquidem contingit & syllogizare.*

Cū dixisset supius illud accidere tribus terminis positis & q̄ per pauciores illud non cōtingat, nunc ī hoc loco (vt Philopo. inquit) illud resumit, & subaudiendū est: quoniā a nobis secundo priorū ostēsum est, q̄ vno termino posito, aut vna propositione posita syllogismū fieri impossibile est. Igitur vno posito ostēsum est: q̄ nequā necesse est demonstratiue aliquod alterū esse. Exponit se, & inquit ℂ Dico autem vno, quoniā neq; termino vno: neq; positione vna posita. Vocauit autem pro positionem: positionem (vt Philopon. inquit) quoniam diuisit immediatas propositiones ī Axioma: & Positionem, Positionē iterum in petitiones, & definitiones, & sic cōmuniter omnem propositionem vocauit positionē: vel dixit hoc: quoniā præmissæ in syllogismo generali nomine propositiones dicuntur. In demōstratione vero speciali nomine positiones. Addit. Sed demōstratio fit ex duabus positiōibus primis & minimis. Primis quidem: quoniam simplicissimis. Syllogismus enim ex pluribus propositionibus compositus nō ex primis cō-

Com. 36. — Phil. expō. — Lepto. 19. — 1. huius com. 6. — Com. 37. — Com. 19.

ponitur: sed ex pro syllogismis comprobatur. Minimis vero quoniam non ex vna fit. Assignat causam, & inquit. Siquidem contingit & syllogizare. hoc est: quoniam vniuersaliter syllogismus ad minus ex duabus propositionibus cōponitur. ¶ Animaduerte vt Philopon. inquit. C.5.&.29. primo priorum: ex vno vel termino vel propositione bene posse aliquid sequi illatiue. nō autem syllogistice.

*Si igitur. a. & b. & b mutuo se sequatur, sic tātum fieri potest ut ostendantur ex sese mutuo cuncta quae postulata sunt in prima ratiocinationis figura, ut in libro priorum ostendimus. Quo loco etiam patebit caeteris in figuris, aut non fieri ratiocinationem, aut non ex hisce fieri quae sunt sumpta.*

*Si igitur. a. quidem ad b. & ad. c. sequatur, & haec adinuicem, & ad ipsum a. sic quidem contingit ex inuicem demonstrare omnia quaesita in prima figura, ut dictum est in his, quae de syllogismo. Vbi etiam ostensum est quoniam in alijs figuris, aut non fit syllogismus aut non de acceptis.*

Com.38. Obiter nunc ostēdit in qua figura syllogistica cōuersio fit: & probat quod in prima solum, & vti videtur ea probatione, qua exclusiuae propositiones probantur hoc modo. In prima figura conuersio syllogistica fit & in nulla non prima figura fit. ergo tantum in prima figura syllogistica cōuersio fit. Praiacentem exclusiue resolutorie hoc modo probat. In conuertibilibus fit syllogismus cōuersiuus. Hęc sunt in prima figura. igitur in prima figura syllogistica conuersio fit. vnde inquit. ¶ Si igitur. a. ad. b. & ad. c. sequatur: & hęc adiuicem, & ad ipsum. a. hoc est, si igitur tres termini sint: vt & omnes cōuertantur ad omnes, sic quidem contingit ex inuicem demonstrare oia C.5.6.et.7 quaesita in prima figura vt secundo priorum dictū est: hoc pacto vt conuertentes maiorem propositionem: & eam componentes cum conclusione, alteram demōstremus, Vel conuertentes minorem: & cum illa componentes conclusionem maiorem demonstremus. Sic igitur patet in prima figura fieri conuersionem: quando propositiones sunt conuertibiles. Et subdit quod in secundo Cap.5. priorum etiam est demonstratum in alijs figuris aut non fieri syllogisticam conuersionem: aut non de acceptis. Et dixit aut non de acceptis: quoniam forte potest secunda figura reduci ad primam per cōuersionem vniuersalis negatiuae: quo casu posset in figura illa fieri ad alteram propositionem tantum: verum conuersio illa nō esset de acceptis: sed ex extrinsecus assumptis. ¶ Philoponus longa expositione declarat quomodo alijs figuris non fit conuersio: aut non de acceptis, sed quia secundo priorum hęc diligenter exposita sunt, satis sit haec rapti tetigisse. ¶ Animad Ordinatio text. uerte quod textus iste potest sic ad ordinem reduci, vt dicamus quod Arist. velit assignare errorem eorū in forma: qui omnia circulo demonstrabilia esse asserebant ex eo quia conuertibilia circulo ostēdi possunt. Et sumit duo, quorum alterum est quod cōuertibilia possunt in prima figura solum demonstrari: & in nulla alia. Et hoc exponit in hoc textu. Alterū quod non conuertibilia nō possunt circulo demonstrari, & hoc secundum sumit. & non probat: sed velut manifestum ex secundo priorum accipit. Ex his duobus remouet errorem in forma eorum: quia circulo omnia demonstrabilia esse dixerunt: vt textu sequenti declarabitur. Hęc de ordine.

*Ea uero quae praedicationem non suscipiunt mutuam, fieri nō potest mutuo demonstrentur. Quare cum in demonstrationibus pauca talia sint, constat uanum esse ac impossibile demonstrationem ipsam mutuam esse censere, atque ob idipsum posse demonstrationem omnium esse.*

*Quae uero non mutuo praedicatur, nequaquam est demonstrare circulo. Quare cum pauca haec in demonstrationibus sint, manifestum est quod & uanum, & impossibile sit ex his, quae sunt adinuicem, esse demonstrationem. atque propter hoc contingere omnium demonstrationem esse.*

Cum caepisset refellere errorem in forma eorū: qui Com.39. circulo omnia demonstrabilia esse dicebant, et cū accepisset alterum necessarium ad hunc errorem manifestandum, videlicet quod conuertibilia non nisi in prima figura demonstrari possint: nunc accipit alterum. & dicit. Quę vero non mutuo praedicantur: nequaquam est demōstrare circulo. quoniam nec in prima, nec in alijs figuris. Ex his duobus concludit errores eorum, qui circulo omnia demonstrabilia esse dixerūt: & primus error eorū est. quo ad materiam, & inquit. Quare cum pauca hæc in demōstrationibus sint: pauca dico: quoniam nō nisi in prima figura: & solum in affirmatiuis: & non nisi in primo primae: manifestum est quod & vanū: & impossibile sit ex his, quae sunt ad inuicem esse demōstrationem subaudi in omnibus: hic est error quo ad materiam. Atque propter hoc contingere omnium demonstrationem esse: hic esse error in forma: dato enim quod inconuertibilibus sit: non propter hoc in omnibus est circularis demonstratio. & dixit vanum: quoniam eorum ratio non cogit. Dixit impossibile quoniam in nullis demonstratio circularis fieri potest, nisi idem per idem demonstretur ¶ Quaerunt vtrum demōstratio circularis fieri possit. Pro declaratione vero titu- Quod de circulari demonstratione. li animaduerte: quod demōstratione circulari fiūt duo processus. Primus qui dicitur cōuersus: siue cōuertendus. Secundus vero: qui conuertens: vel in quē couertitur: nuncupatur. Et hic est duplex: quatenus potest cōclusio nūc cū conuersione maioris syllogizare minorem: nunc cū conuersione minoris syllogizare maiorem: vt secundo priorum dictum est. Est ergo quaestio utrum vterque syllogismus sit demōstratiuus ¶ Et prima facie uidetur verū Argumēta pro parte affirmati. que demonstrationem esse: Nam Aristoteles secundo libro huius clarissime demonstrationem conuersiuam po- Primum Cap.16. nit. Preterea: ut in natura est motus ac circularis opatio Secundum sic in anima erit demonstratio circularis. Insuper quod Tertium. generi competit, speciei nō repugnat. At syllogismo, quod demōstrationis genus est: competit circularis ostensio. Non ergo demonstrationi repugnat, quę species est. Iu- Quae tres notet. niores propter has rationes fortasse quatuor modis in demonstrationibus cōuersionem fieri posse asserūt. Primo quidem in diuersis generibus scientiae. Secūdo in diuersis generibus causarum: In eodem tamen sciēdi genere. Tertio in eodem genere sciētię: eodemque causarum genere. Sed in diuersis indiuiduis atque suppositis. Quarto denique in eodem scientię genere: eodē genere causę: atque eodē supposito: sed secundum diuersum modū. ¶ Sed quam aliē- Confutatio & primo. nissima sic haec a Peripateticorū scholis: ex eo primo patet, quoniam Arist. generatim in demonstrationibus circularem ostensionem exprobrauit: vt Alexander, Themistius, et Philoponus testes sunt. Secundo etiam, quia pri- Secundo mum membrum cum secundo concidit. Nam dum altera causarum per alteram demonstratur, altera (vt effectus) altera (quam demonstrat) vt causa se habet. Tertio: quo- Tertio. niam tertium membrum impossibile videtur: nam cū alterum indiuiduū alterum demonstrat: idem specie erit

notius

notius atq; prius:ignotius atq; poſterius: & quidem ad
nos:ſiquidẽ ſingularia nobis primo nota ſint. Quare cũ
indiuidua illa eiuſdem ſpeciei ſint: fit vt idem ſpecie ad
Quarto. nos ſit prius & poſterius notum. Quarto etiam: quoniã
quodam quod in quarto membro addit, friuolum eſt.
Quippe cum de ſingularibus non ſit ſcientia: nec eadẽ
nec diuerſa & ſic quod non faciat ad ſcire: nec ad ſciẽdi
differentiam facere videtur. Cum igitur indiuiduæ con
ditiones ad ſcire non faciant: nec ad ſciendi differentias
facere debent. Et ita vapor: vt denſus non eſt diuerſum
ſcibile a ſeipſo. vt eſt rarus. Igitur non plus demonſtra-
tur per ſeipſum rarũ ad ſeipſum (vt denſum) q̃ hoc eſt:
Themiſtius ſi hoc eſt. ¶ Themiſtius vero aſſerit in conuerſione de-
monſtratiua. Primum proceſſum: qui ab effectu in cau-
ſam eſt: eſſe ſyllogiſmũ tantum. Secũdum vero qui eſt a
cauſa ad effectũ: eſſe proprie demonſtrationẽ ꝓp quid:
vt ſecundo huius aſſerit: & in hoc primo: & in. 1. phyſicę
auſcultationis, & ſic in demonſtrationibus circularẽ oſtẽ
Cap. 30. ſionem negat: in ſyllogiſmis uero concedit. Quam poſi
Cap. 46. tionem Alexander, & Philoponus apertiſsime hic fatẽ
Capi XI. tur. ¶ Sed dubitares fortaſſe: quoniam ab effectu in cau
Dubiũ. ſam ſyllogiſmus eſt, & cum non dialecticus: non. n. gene
rat opinionem: neq; ſophiſticus, non enim generat igno
Solutio rantiam: ergo demonſtratiuus. ¶ Philopo. reſpõdet q̧
Philopo. eſt ſyllogiſmus coniecturalis, & quidẽ neceſſarius, velut
ille, hæc mulier lac habet in mamillis: ergo fuit pręgnãs:
hic enim ſyllogiſmus Signũ, quod Ariſtot. in rhetoricis
tecmerium: hoc eſt inſolubile appellat. non tamen eſt
demonſtratio, nec dialecticus ſyllogiſmus, nec ſophiſti-
cus: ſed demonſtratiua coniectura: per quę Philoponus
Syllogiſmo ſũ quatuor innuit ſyllogiſmi quatuor ſpecies eſſe: demonſtrationẽ:
ſpẽs ſcd̃m dialecticum ſophiſticum: & ſignũ: ſiue coniecturã neceſ
Philopo. ſariã. Secundo dubitares quo modo proceſſus a cauſa
2. dubiũ. Reſponſio: in effectum ſit demõſtratio. ¶ Dicendũ q̧ per effectum
demonſtrat̃ cauſa non ſimpliciter: ſed ex conditione. vi
delicet ſi ille effectus in aliam cauſam reduci nõ poſsit.
A cauſa vero in effectum demõſtratio eſt ꝓp quid: & p
notiora naturę, nobis vero inuenta per effectum, vt in
Cap. 7. & metheorologicis diximus. ¶ Animaduerte tñ q̧ The-
cap. 28. miſtio primo huius videtur aſſerere duplicem demon-
ſtrationẽ & propter quid: & qm̄: quibus Auerroes ter-
tium genus. videlicet demonſtrationem ſimpliciter ad-
dit: ꝑ quę oportet concedere conuerſionẽ ſaltem diffor
mẽ in demonſtrationibus. Verũ de his hactenus. ¶ Per
Ad argu. principalia hęc delentur rationes. Prima quidem: qm̄ Ariſt. non de
Ad primã. demonſtratione: ſed de ſcientia loquit̃: vt poſtea dice-
Ad ſecũdã mus. ſecũda vero: qm̄ ſimilitudo claudicat. In arte enim
Ad tertiã. multi circuli dantur: non tamen in demonſtrationibus.
Deletur tertia: qm̄ concedam circularem oſtenſionẽ in
demonſtrationibus: ut demonſtratio ſyllogiſmus eſt. nõ
Solutio cõtradictiõis tamen: vt demonſtratio. ¶ Ad cõtradictionem Themi
Themi. ſtij: pro p̃ſenti doctrina dicerẽ: q̧ ſicut ſyllogiſmus qm̄
eſt ſyllogiſmus abſolute: licet dicat̃ ſyllogiſmus quoniã:
ſecũdo priorũ: & hoc, quia eſt ſylls ẜm materiam, ſic de
monſtratio, quia non eſt abſolute demonſtratio, ſed de
monſtratio qm̄, ſiquidem ſecundũ materiam demõſtra-
tio eſt: cũ ſit ex neceſſarijs. Ad hoc. n. vt aliquid dicatur
abſolute ac ſimplr̃ tale, debet eſſe tale ẜm formã. Qua
rõne cõcedi poſſet ſyllm̃ ab effectu i cãm eſſe demõſtra
tionẽ quia, non tñ abſolute demonſtrationem. Quia li-
cet ex neceſſarijs ſit, non tñ ẜm formam demonſtratio-
nis, q̃a nõ ex primis, notioribus, cauſis, & cęteris cõſiat.
¶ Quare demoſtratio q̃a abſolute ſylls eſt tm̄, qm̄ ẜm Demſo qa abſolute &
formã eſt ſylls. Non tñ dicitur ſimplr̃ demonſtratio, ſed ſyllo. tm̄.
ſecundum materiam: quia ex neceſſarijs, veluti nec ho-
mo albus ſecundum dentes: dicitur abſolute albus.

*Cum autẽ fieri nequeat ut id aliter ſeſe habeat cuius eſt abſo-
lute ſcientia, id neceſſariũ eſt profecto qđ demõſtratiua ſciri ſciẽ
tia poteſt, atq; ea eſt demõſtratiua ſciẽtia quã habemus demõſtra
tionẽ habendo. Eſt ergo demõſtratio ex neceſſarijs ratiocinatio.*

*Quoniã autẽ ĩpoſsibile eſt aliter ſe habere id, cuius eſt ſciẽtia* Text. 7.
*ſimpliciter neceſſariũ utiq; erit ſcibile, id quod ſecũdũ demõſtra-
tiuã ſcientiã eſt. Demonſtratiua autẽ eſt, quã habemus in habẽdo
demõſtrationẽ. Ex neceſſarijs itaq; ſyllogiſmus eſt demonſtratio.*

Cum redarguiſſet eos, qui nullius demonſtrationẽ di Comẽ. 40.
cebant, & eos, qui oĩa demonſtrabilia eſſe ſupponebãt, Cõtinuatio
nunc conſequenter, & ordinatim (vt Philopon. expo-
nit) redit in id: qđ ab initio incepit. videlicet quid nã ſit
demonſtratiua ſcientia. Sed quoniã hoc ſcire non poſſu
mus, niſi ſciuerimus, quorũ eſt demonſtratio, & ex q̃bus
eſt demonſtratio: ideo reſumit de his ſermonẽ: & decla Proceſſus
rat ſubiectã materiam demonſtrationi, & ſecundũ Phi- Auctoris.
lopo. procedit a primo ad vltimũ ſic, Id, cuius eſt demõ
ſtratio: impoſsibile eſt aliter ſe habere, ergo demonſtra
tio eſt quid neceſſariũ. Demõſtratio eſt quid neceſſariũ.
ergo demõſtratio eſt ex ꝓpoſitionibus neceſſarijs. Nõ
n. neceſſarium ex non neceſſarijs demonſtrari põt. Et ſic
nõ ſolũ ſimpliciter verorũ eſt demõſtratio. ſed ẽt neceſ-
ſariorũ, & ex neceſſarijs ꝓpoſitionibus, Sic Philopon.
ordinauit: & ſic legitur ẜm ipſum. ¶ Quoniam autem
impoſsibile eſt aliter ſe habere, id cuius eſt ſcientia ſim-
pliciter: id eſt, qm̄ ſcibile impoſsibile eſt aliter ſe habe-
re, id quod ẜm demonſtratiuam ſcientiã eſt ſcibile, erit
neceſſariũ: hoc eſt demonſtratio erit q̃d neceſſariũ. Nã ſi
ſcibile: hoc eſt ꝓblema demõſtratiuũ impoſsibile eſt ali
ter ſe habere: demonſtratio erit quid neceſſariũ: & pro-
blema demonſtratiuũ ẽt erit ſimpliciter neceſſariũ. Deĩ
de argumentat̃ vlterius, demonſtratiua autẽ eſt, quã ha-
bemus in habẽdo demõſtrationẽ, hoc eſt demonſtratio
eſt quid neceſſariũ, cuius concluſionẽ habemus in habẽ
do demonſtrationẽ, itaq; hoc eſt demõſtratio eſt ſyllo-
giſmus ex ꝓpoſitionibus neceſſarijs ¶ Põt & aliter le-
gi textus intelligẽdo ꝑ ſcibile, cuius eſt ſcientia ſimplici
ter: vel quod eſt ẜm demonſtratiuã ſcientiã, cõcluſionẽ,
quę in principio eſt quęſtio ſcientifica: in fine eſt conclu
ſio demõſtrata. Et tunc lege ſic, quoniã autem in cuius
eſt ſcientia ſimpliciter, hoc eſt ipſum ſimpliciter ſcibile
eſt impoſsibile aliter ſe habere, ipſum ſcibile, qđ ẜm de
monſtratiuam ſcientiam eſt, neceſſarium eſt. Eſt. n. defini
tio neceſſarij. quod ſit id, quod impoſsibile eſt aliter ſe
habere, locus. n. eſt a definitione ad definitũ, q̃ locus eſt
neceſſarius, & optimus, hoc eſt primũ Enthymema. Deĩ
de facit ẜm Enthymema, & ĩtelligitur (vt prius) hoc mo
do, demonſtratiua autẽ eſt quam habemus in habendo
demonſtrationem, id eſt demonſtratio eſt quid neceſſa-
rium, cuius concluſionẽ habemus in habendo demõſtra
tionẽ, tunc dat cõcluſionẽ: q̃ intẽdit, & inquit. Ex neceſſa
rijs ita ſyllogiſmus eſt demonſtratio. ¶ Quo vero ad Verborum
verba attinet, Animaduerte q̧ duplex eſt neceſſari: vt expoſitio
Philop. aſſerit. Alterũ ex ſuppoſitione, vt neceſſariũ eſt Neceſſaria
infirmũ flebothomari, nõ. n. ſimpliciter neceſſarium eſt, duplex.
ſed ſi debet ſanari. Alterũ ſimpliciter qđ uidelicet im-

posſibile eſt aliter ſe habere, vt ſolē oriri, cū ergo ait id:
quod impoſsibile eſt aliter ſe hr̄e eſſe neceſſariū ſimplr
Dubitatio neceſſariū itellexit. ℭ Dubitāt contra id qđ Ariſ. ſuppo
nit. ſ. neceſſariū nō niſi ex nō neceſſarijs demōſtrari. Qm̄
ex cōtigentibus aliqn̄ neceſſariū ſyllogizat: Nā ſequit,
contingit oē currens eſſe aial: contingit oēm hoiem cur
Reſpon. Iuniorum rere. Ergo neceſſario omnis homo eſt aial. ℭ Iuniores
dixerūt neceſſariū ex non neceſſarijs ſyllogizari poſſe:
Vide in c. 37. huius non āt demrāri ℭ Sed contra ad huc dubitat. Primo q-
Obiectiones. dē quia primo priorū dicit, ꝙ concluſio debet eſſe ſimi-
lis alicui ꝓpoſitionum. ergo non pōt concluſio eſſe ne-
Cap 17. & 29. ceſſaria: qn altera ꝓpoſitionum ſit neceſſaria. Secundo
Prima. maior dicit ſyllogiſmi non videt contingēs, qn̄ impoſ-
Secunda. ſibile eſt aliter ſe habere. ℭ Quicquid ſit, dicendū ex cō
Quid dicēdum. tingentibus, ſequi neceſſarium: nō quidem pp̄ quid, ſed
qm̄: ut ſecundo priorū dicitur ex falſis ſyllogizari verū.

*Sumendum eſt igitur ex quibus qualibuſue demonſtrationis conficiuntur, Atque primo determinemus, quid de omni, quid per ſe, quid uniuerſaliter dicimus.*

Text. 8. *Accipiendum ergo eſt ex quibus, & qualibus demonſtrationes ſunt, Sed primo determinabimus quid dicimus de omni, & quid per ſe, & quid uniuerſaliter.*

Com. 41. Continuatio. Cum reſumpſiſſet ꝙ demonſtratio ſit ex neceſſarijs
ꝓpoſitionibus, & hoc quia eſt de neceſſarijs problema-
tibus: nunc ordinat ſe ad ea: quę dicturus eſt poſt hæc, &
dicit. ℭ Accipiendū ergo eſt ex quibus ꝓpoſitionibus
neceſſarijs & de qualibus problematibus neceſſarijs de
Philopon. monſtrationes ſunt ℭ Philo. p verbū qbus intelligit ex
qbus propoſitionibus, per verbū qualibus intelligit. ſ. p
blematibus: vt ſit ſenſus: cum demonſtartiones ſint ex
propoſitionibus neceſſarijs: & de problematibus neceſ-
ſarijs. Ergo poſt hæc accipiendum eſt ex quibus propo
ſitionibus neceſſarijs, et de qualibus ꝓblematibus neceſ
ſarijs ſunt demonſtrationes ipſe. Nam dicemus demon-
ſtrationes eſſe ex propoſitionibus neceſſarijs. & de ꝓ-
blematibus neceſſarijs: in quibus prædicatū dicitur de
omni ſubiecto, & per ſe, & vniuerſaliter. Affert tn̄ ordi-
nem. & inquit. Sed primo determinabimus quid dici-
mus de omni ſubiecto prędicari: & quid per ſe de ſubie
cto prædicari: & quid etiā vniuerſaliter de ſubiecto prę
Quę cāe intentionis ſecundum Themiſt. Prima. dicari. ℭ Huius intentionis (vt ex verbis Themiſtij col
ligi pōt) duę cauſę uidentur, prima quidē: ut abundemus
propoſitionibus, his. n. tribus cognitis & idonei: & abun
di erimus propoſitionibus, quibus & de quibus ſunt de
monſtrationes. Et quidem facile, propoſitiones poteri-
mus inuenire ad demonſtrandum omne problema de-
2. cauſa. monſtratiuum. Secunda vero qm̄ cū demonſtrationes,
ſint ex neceſſarijs propoſitionibus & de neceſſaris pro-
blematibus, & neceſſariū ipſum multiplex ſit niſi ipſum
diſtinxerimus, non poterimus ſcire ex quibus propoſi-
tionibus, & de qlibus ꝓblematibus demonſtrationes
Cauſa ordinis. ſunt ℭ Ordinis vero cauſa eſt: qm̄ vniuerſaliter prædi-
cari intelligi non poteſt ſine prędicari per ſe. Prædicari
vero per ſe, minime ſine p̄dicari de omni: ergo prius ac
cipiendū eſt quod ſit p̄dicatum dici de oī vel de aliquo
ſubto: ſcđo quid ſit dici per ſe vel per accn̄s de ſubo. Et
Verborum expoſitio. tertio qui ſit ſic vl̄r vel nō vl̄r de ſubiecto dici. ℭ Quo
vero ad uerba attinet, Ariſ. dicit eſſe accipiendum ex q
bus & qualibus demonſtrationes ſunt, non aūt dixit ex
quot qn neceſſarium non eſt ſm numerum prędicato-
rum, ideo non oportet ꝑquirere ex quot neceſſarijs de-
monſtrationes ſint. At quia problema eſt ſm numerum
prędicatorum, ideo. 1. topico. Ariſt. proponit dicere ex
quibus & qualibus, & quod ſit dialecticus ſyllogiſmus.

*Id itaq; de omni dicimus quod nō cuidam ineſt, cuidā nō ineſt, nec interdum competit, interdum non competit, nam ſi animal omni de homine dicitur, ſi uerum eſt hunc dicere hominem, uerū eſt eum & animal dicere. At ſi nūc uerum eſt & alterū dicere, uerū eſt et alterum dicere. Et ſi in omni linea punctum ineſt, ſimiliter.*

*Et de omni quidem hoc dico, quod utiq; eſt nō in quodam quidem, in quodam autem non. Neq; quod aliquando quidem, aliquādo uero non. Vt ſi de omni homine animal, ſi uerum eſt quidem hunc dicere hominem uerum eſt etiam dicere animal. Et ſi nunc alterum, & alterum. Et ſi in omni linea punctum ſimiliter.*

Cum ꝓpoſuiſſet ſe velle dicere, quid ſit de oī ſubie- Com. 42.
cto p̄dicari, & quid per ſe de omni ſubiecto prædicari,
& quid vniuerſaliter de oī ſubiecto p ſe prędicari, nunc
hæc ꝓſequit, & primo exponit quid ſit de omni prędi-
cari ℭ Themi. diſtinguit duplex de omni: Alterū quod Themiſ.
in libro de ſyllō eſt definitū, qđ Iuniores prioriſticū ap Dictum de oī duplex
pellant, Alterū qđ hic definit. quod poſterioriſticū vo 1. priorum primo.
cāt, & innuit inter hæc hanc dr̄iam, ꝙ de omni prioriſti Differētia.
cū ſit contractū ad materiam de ineſſe, qm̄ de oī priori-
ſticum eſt, quod non ſemp, ſed aliqn̄ oībus ineſſe dicit,
& ſic de omni prioriſticū eſt, qn̄ prædicatum de ineſſe
aliqn̄ ineſt omni ſubiecto. De omni uero poſterioriſticū
eſt contractū ad materiā neceſſariā, & hoc ſuper addit il
li vniuerſalitatem tēporis. Qm̄ non aliqn̄ prædicatum
ineſt omni ſubiecto, ſed ſemper ℭ Quā differentiā Phi
lo. etiam aſsignauit, cū dixit, nā ibi quidē de oī dicebat, Philopo.
quod oī ineſſe, & ſi non ſemper dicat. Cuius cauſam aſ-
ſignat Philo. ex eo, quia ibi non indigebat ipſo verbo
ſemper, qm̄ non faciebat ſermonē demonſtratiuo ſyllo
giſmo, ſed ſimplr̄ de ſyllō, in quo huius ſolius indigen-
tia eſt, videlicet ꝙ omnibus ſubiectis inſit prædicatum.
Hoc tn̄ in loco, & verbo omni, & ſemper indiget, quo-
niā loquitur de demōſtratiuo ſyllō. Et ſic Philo. cū The
miſtio eadē differentiam inter hæc aſsignauit. ℭ Adde-
bamus in inuenia ꝙ ſit etiā de oī dialecticū: ſiue topicū, De omni topicum.
vtpute qđ ad materiā ꝓpabilē contrahit, & hæc requi
rit vniuerſalitatē temporis, atq; ſubiecti, non quidē ſim-
pliciter, ſed ſm opinionem. Amplius quod ſit de oī ſo- De oī ſophiſticum.
phiſiſticū, utputa quod contrahitur ad materiā impoſsi-
bilē, & hoc requirit vniuerſalitatē tēporis, atq; ſubiecti, Refutatio expōnis Themiſt. & Philopo.
non vere, aut ſm opinionem ſed apparenter. Nunc ve-
ro ſalua pace Themiſtij, & Philo, vr̄ mihi eſſe dicēdū ꝙ
nō itellexerunt differētiā iter hęc. Prętereea dicēdum de
oī poſterioriſticum eſſe, cum prædicatum ineſt oī ſubie
cto ſm rem, ſiue conſenſu ſumat omni ſubiecto ineſſe, ſi
ue non ſumat. Vt homo eſt aial. Nā animal ſm rē ineſt Ꝑpa pōs
oī homini, vl̄iter, & ſemper, ſiue cōſenſu ineſſe ſumatur,
ſiue non ſumatur. De omni vero prioriſticū eſt, poſitio-
ne ac conſenſu prædicatum ſumitur oī ſubiecto ineſſe,
ſiue inſit ſimplr̄, ſiue non inſit, modo. n. ſumatur, ut poſitū Cauſa.
omni ineſſe, dicit de oī prioriſticum. Cauſa āt qm̄ ſyllōs
non eſt ſemper ex veris, ſed ex quibuſdā poſitis, vt ve-
ris. Demonſtratio autē ex veris & neceſſarijs, quę ſunt p
ſe vera, & neceſſaria. De omni autē dialecticum eſt, qn̄ p̄
dicatum ſm opinionem ineſt oī & ſemper. At de omni
ſophiſticum eſt, qn̄ p̄dicatū ineſe oī ſubiecto & ſemper
apparēter. Ex quo patet ipſum de oī prioriſticum non
eſſe contractum ad aliquā materiā. vt Themi. & Philo.

dicere

dicere videntur:sed ē cōe ad oēm materiā:veluti syllō simpliciter est cōis omni syllō. ℂ Describit ergo Aristo.de omni positeriorisitice:& inquit,& de omni quidem hoc dico:qd vtriq; sit pdicatū non in quodā quidē: in quodā autem non. Per quæ dat intelligere vniuersalitatē subiecti:neq; quod aliqñ quidē,aliqñ vero nō:p quę dat intelligere vlitatē tēporis,& ponit exemplū:& inquit. Vt si de omni homine animal prædicetur. nam tunc animal de omni homine dr̄:cuius cām assignat: & subaudi qm̄ si verum est dicere hunc,esse hoiem:verum est etiam dicere esse animal: & hoc quo ad vniuersalitatē subiecti. & si nunc alterum ve ū est dicere,& alterū etiā verū est dicere.& sic innuit vlitatē tēporis. Q m̄ hō non interdum quidē est animal:interdū vero nō est aial:sed semper & hō est et aial. In dormiēdo vero non ita est,qm̄ hoiem q dem existentem:aliqñ qdē contingit dormire: aliqñ nō: animal autē aut mortale: vliter & semper. Et si in omni linea punctum silr hoc est non interdum quidē inest lineę punctus:interdum āt non inest,sed vliter & semper.

Alia solu. ¶ Alij dixerunt vniuersale sortiri rõnem suã ab ea particula,q̃d est primo,hoc est non per medium.Et hac rõne Arist.vtitur ipso vniuersali in hoc libro. Fauet huic q̃m ab vltima differẽtia vnumquodq; suã rõnẽ sortitur modo vltima differentia est verbum primo. ¶ Alij & nos diximus . Vniuersale sortiri suã rõnẽ ab ilis tribus s.de omni per se & primo,quę assumũtur in vniuersalis definitione loco vltimę differentiæ,quæ ignota est.

*Quę igitur demonstratur primus duobus rectis æquales habere,uel quoduis aliud,ei primo uniuersaliter competit. Et demõstratio per se eius uniuersaliter est cæterorum uero,quodam modo non per se, nec eius uniuersaliter est qui duorum est æqualium laterum,sed superat et ad plura sese extendit.*

*Quodcunq; igitur primum demonstratur duos rectos habere,aut quodcunq; aliud, huic primo inest uniuersale. Et demonstratio per se huius uniuersalis est. Aliorum autẽ quodam modo, non per se,neq; Isocheles est uniuersaliter. Sed est in plus.*

Com.56. Cũ declarasset q̃d sit vniuersale prædicatũ,hic exponit duo:& quid sit vniuersale subiectũ: & cuius primo sit demonstratio.Addẽs quorũ demonstratio sit p accidens, & inquit. ¶ Quodcunq; ig̃r primũ subiectum demonstrat̃ duos rectos h̃re:aut habere quodcunq; aliud, hoc subaudi est subiectum primũ vniuersale, cui primo inest vl̃e.Hęc de vniuersali subiecto.Deide addit cuius sit primo demonstratio:& inquit.Et demonstratio p se huius vl̃is subiecti est.Addit tertio quorũ demõstratio sit per accidẽs,hoc est non primo,& inquit,Aliorũ ãt.s. subiectorũ quę sub illo primo,vel supra illo primo cõtinent̃ demonstratio est quoddã modo nõ p se, sed quasi per accidẽs.Et p hoc asserit cuius non sit vniuersaliter: & inq̃t.Neq; Isocheles est vniuersaliter, sed eius cuius ẽ p se primo demonstratio,est in plus:q̃m est ipsius trianguli primo. ¶ Animaduerte q̃ demr̃atio est conclusio
Notabile. nis per se,vt totius demr̃õnis formæ. Est propõnum vt materię,q̃m ,ppositiones sunt potentia conclusio.Est subiectũ vt eius de quo q̃rit̃ demr̃at̃. Est prædicari vt eius quod quærit,& demr̃atur.Horũ ãt subm & p̃dicatũ cũ

primo talia sunt.vl̃ia ab Aristo dicuntur,propositiones vero.& conclusio ex vniuersalibus constant.

*Oportet autem non latere errorem persæpe fieri , & non esse id quod ostenditur primum uniuersale quemadmodum esse uidetur. Decipimur autem hac deceptione,cum aut præter singulare uel singularia nihil est quod accipiatur superius.*

*Oportet autem non latere,quoniam multoties contingit peccare,& non esse quod demonstratur. Primum uniuersale. Secundum quod uidetur demonstrari uniuersale primum. Oberramus autem hac deceptione,cum aut aliud nihil sit accipere a superiori præter singulare, aut singularia.* Tex.12.

Cũ docuisset vl̃e,nũc vult assignare causas deceptionis s̃m quas contingit sępe numero errare circa uniuersale. ¶ Verũ Themist.& Auerroes velle videntur Aristo.exponere primo c̃am cur cũ nos aliq̃n de monstremus vniuersale,non credamus ipsum esse vl̃e: Et asserit c̃am huius esse,q̃ sub vna sp̃e sit vnũ t̃m singulare. Verbi c̃a,Vt si de terra q̃ in meditullio orbis sit locata:demonstremus,tũc id quod uniuersale est uniuersaliter demonstrasse non videmur,& tamen re reuera vl̃e demõstramus.Q̃m nõ de terra quo terra vna est, sed quo terra id demõstramus.Et sic c̃a erroris est:q̃ vnũ sit indiuiduũ numero sub specie. ¶ Melius autẽ & magis verbis Aris.consentanee Philopo hunc errorẽ exponit. Vult enim q̃ Aris.assignet causam:cur aliquando nos nõ demonstrantes vl̃e:putemus vl̃r id demõstrare. Et hoc ,ponit Aris.& inquit. ¶ Oportet ãt nõ latere:q̃m multoties circa acceptionẽ vl̃is:contingit peccare:& non esse quod demonstrat̃.Primũ vl̃e:Secũdũ q̃d videtur vniuersale primũ demõstrari.Ecce errorẽ,vt non sit vniuersale:quod putauimus vl̃r id demonstrare. Assignat autẽ vnã c̃am,vtputa q̃n singulare aliquid fuerit indiuiduũ sub sp̃e de quo facimus demonstrationẽ. Vt q̃ terra in medio vniuersi sita sit.aut q̃ mundus sphæricus. In his putamus vl̃es demr̃õnes facere: quoniam per se insunt:quæ demonstrantur,& nulli alteri præter illa,nõ tñ non sunt hæc vl̃ia.Q̃m si plures essent mundi aut terræ plures, talia vtiq; in illis quadrarent. Veluti si in mũdo esset vnus solus hõ,vt tẽpore Deucalionis & demõstraret de illo q̃ esset disciplinę capax,vtiq; putaremus vniuersale esse quod demõstratur de Deucalione cum illi,& nulli alteri præter illud competeret,& tñ non esset vl̃e,q̃m non s̃m quod Deucalion demonstraretur illud , sed s̃m quod homo. Nã si plures essent,adhuc illis cõpeteret,vnde iquit.Oberramus ãt hac deceptione.s. qua putamus vniuersale demõstrasse cũ non sit uniuersale,Cũ ãt aliud nihil a superiori accipere sit præter singulare:aut singularia. Nã tunc putaremus vl̃e esse, cum non sit vniuersale id, q̃d demonstratur de Deucalione putaremus dico esse vniuersale: q̃m ei competeret : q̃d demonstratur:& nulli alteri.Est autẽ error,q̃m non de illo singulari demõstratur inquantũ illud , sed per rõnem superioris.Addit ãt ait singularia, si demõstrationes fierent plures diuersarũ rerũ vt de sole,de mũdo,de terra, quorũ singularia plura sunt in diuersis speciebus . Sed vt c̃a: sit causa quia decipimur prima est)quia ĩ specie vnum numero est indiuiduum Ideo creditur omne de illo indiuiduo demonstratum esse ul̃ter demõstratum: creditur autem:quia illi:& nulli alteri competit. ¶ Quidam Iuniorum quærunt cur potius allucinationes quæ contingunt circa conclusionem pertractat non ãt quæ
Cõme. 57. Cõtinuatio Expõ Themist & Auerro. Expositio Philopo. Dubiũ Iuniorum.

contingunt

Prima. contingunt circa ꝓpositiones. ℭ Præterea cū rectū iudex sit sui, & obliqui, cur ꝑ declarauit qđ cōclō sit, &
Secunda. postea errores, q contingunt in illa. ℭ Insuper cū cōclō sit:
Tertia. tū per se:tū de oī, cur potius errores circa illā exposuit inquantū est vlis, & non q̄tenus p se, & de omni. ℭ Hęc
Solutiones Ad 1. Iuniores, q̄ nō ab re admiror, cū supponāt falsum: Nō.n. Aristoteles errores aut qui circa ꝓpōnes, aut q circa cō clusiones accidunt exponit, sed errores q̄ emergūt circa vniuersale: quod est prędicatum per se, de omni, & primo de eo, de quo vniuersaliter assignatur. Et sic falsum est Aristo. errores exponere, qui circa conclōnes emergunt. Præterea dato q errores exponat: q circa cōclōnē accidūt, tacuit errores q circa ꝓpōnes emergūt, qm̄ posterius declarabit errores, qui accidūt circa mediū, q
Ad 2. ad ꝓpōnes attinēt. ℭ Prętcrea. Rectitudo ipsius conclōnis prçostensa est, qm̄ declaratū est, q vle debeat esse de
Ad 3. oī, p se, & primo ℭ Cur vero tacuit errores, q accidunt circa de omni & per se, vna cā est, qa ptinēt ad librū topicorū: alia & qdē verior est, quia tales allucinationes: quales circa uniuersale accidūt: nō cōtingūt circa de oī:
Dubium. & p se. ℭ Sed circa ea, quę hic dicit Aris. est quęstio nō parua. Nā singularitas, vt singularitas: scientiā nō impedit, vt Auicen. asserit, Sed materia, quæ p se ignota est. Ergo propter ipsam singularitatē; qua iste sol est vnus
Solutio. numero i sua spē, nō uidet error oriri circa sciētiā. ℭ Et dicendū q licet singularitas nō impediat scienciā qa pōt sciētia haberi de æternis singularibus, singularitas tñ impedit aliqđ sciri primo, vt expositū est. ℭ Cur vero in aliqua spē nō sit nisi vnū numero singulare, in aliq̄ plura
Quæ Iuniores. eiusdē spēi, qō metaphysica est. ℭ Animaduerte tñ Iuniorum nonnullos dixisse errorē hunc procedere circa
Refutatio conclusionē, quo ad illius subm. ℭ Et (vt mihi videtur) errāt: siquidem hic error contingit circa vle, At vle prędicatū est. Propterea dico hunc errorem oriri circa prędicatum, accidere tamen ratione subiecti, vt patet.

*Aut est quidem, sed nomine caret in diuersis specie rebus.*

*Aut sit quidē, sed innominatum sit in differentibus spē rebus.*

Cōmē. 58. Expositio Themi. Secūdū Themistij paraphrasem, cū Arist. assignasset cām cur vniuersale demonstremus, & nō credamus vniuersale demōstrasse, nūc assignat cām, cur credamus uniuersale demrasse & tñ non est vniuersale: qđ credebamus vle demstrasse. Et cām affert ex eo; qa cōis natura, cui primo et uniuersaliter affectio competit noīe caret. Ideo creditur q sit vniuersalis & primo competens oībus illis, q̄ continētur sub illa natura, quę nomine caret. ℭ Vbi animaduersione dignū esse quasdā rerū species, quæ inter se differunt: ratione tamen vna cōueniunt. verum id in quo conueniunt nomine caret. Veluti numerus, magnitudo, & tempus, quę specie differunt; sed cōueniunt in quadā cōmuni natura: quę est innominata. Si ergo de numero demonstretur cōmutata ꝓportio: aut de tēpore, aut de magnitudine, cū illa de quibus demōstratur, non habeant commune nominatū: credimus illud demonstratum de tēpore esse vniuersale, vel si de numero: idem credimus, erramus autē quoniam nulli illorum prędicatum illud primo competit, Sed communi inno
Expositio Philopo. minato. ℭ Philopon. vero vult, q hic assignetur causa deceptionis propositę, qua credimus vniuersale demōstrasse; & non vniuersaliter demōstramus. Credimus.n. de numeris primo & vniuersaliter demonstrasse ꝓportionem commutatam vt. 7 libro Euclidis patet, non tñ demōstramus, causa uero cur illud credatur, est quia cōmune temporibus, numeris: & magnitudinibus, cui vniuersaliter, & primo competit, est innominatum, & propterea cum demonstramus proportionem commutatā de numeris: credimus illud esse primo & vniuersaliter demonstratū: qa carentia nominis eius, cui uniuersaliter cōpetit, credimus vniuersale esse. Verbi causa in 7. libr: elementorū Euclidis: sit hæc demonstratio, vt se habet. 32. ad. 16. ita octo ad quatuor, quare ꝑmutatim se habebunt. 32. ad octo & 16. ad quatuor. Idem demōstrat. 5. libro elemētorum eiusdem de magnitudinibus. Potest et & de tēporibus idē demōstrari. Creditur ergo quod demonstratur vniuersale esse de quolibet illorū, nō existente nominata aliqua ratione cōmuni, de qua primo & uniuersaliter demonstret: & hoc inquit. ℭ Aut sit quidē subaudi aliquod cōe, cui vniuersaliter cōpetit, sed innominatū sit i diuersis spē rebus: nā tūc crederemus qđ de vnoquoq; sub illo contento demonstrat, esse vle, cū reuera non sit. Hæc est Philoponi expositio.

*Aut est ut pars totum id de quo demōstratur. Parti nāq; accōmodabitur quidē demonstratio, & de qualibet erit. Aut tamē non erit huius primi demonstratio. Atq; huiusce primi: uniuersaliter ut hoc est demonstrationem dico, cum est primi uniuersaliter.*

*Aut contingat esse, sicut in parte, totum. In quo demōstratur. His n. quæ sunt i parte, inest quidē demōstratio. Et erit de oī. Sed tamen nō huius erit primi uniuersalis demōstratio. Dico āt huius primi secundū q huius, demōstrationē, cum sit primi uniuersalis.*

Hic secūdum Themistiū tertia erroris causa assigna- Cōmē. 59. Expositio The. Philo. tur. Et est cum quis aliquid inesse omni demonstrat, credit id vniuersaliter demōstrasse. ℭ Philoponus vero in idem concidit, dicit enim hūc esse tertiū erroris modū. Innominatū quidē est cōmune, non sit autē in illo demōstratio: sed in vnaquaq; specierū seorsum. Proficiscitur hic error, propterea quia omni tali inest. Cum.n. omni tali insit: vt omni Isocheli habere tres angulos æquales duobus rectis credit vniuersaliter ei inesse, & nō est ita, qm̄ oportet vt insit oī, per se: & primo. Legit autē Philopon. verba Aris. dupliciter: primo sic. ℭ Aut contingat esse, hoc est, aut sit totum: in quo demōstratur. s. triāgulus, Sicut in parte, hoc est contractū ad eius speciem: vtputa ad Isochelem: hoc est aut sit id de quo demonstratio sit: nō ipsum cōmune. s. triāguli, sed eius species. Dicit. n. species pars: & genus totum: s. vniuersale. Legit aliter: et inquit ℭ Aut contingat esse, hoc est aut sit totū in quo demonstratur existens sub aliquo: vt in eius parte: Veluti Isocheles in triangulo. Species: n. totū est definitiuū: triangulus vero ps definitiua, & sic species est in genere vt in parte totum. q. d. aut sit illud de quo demōstratio sit: species quæ est quoddam totum existens in genere, vt parte eius; nam tunc est tertia erroris causa, q̄ credimus aliquid uniuersaliter de eo demonstrare, cū nō sit uniuersale. Placet autem Philop. magis prima expositio ꝓpter verba quę subscribuntur. Dicit enim, eis enim quę in parte, inerit quidē demratio, & erit de omni, ecce quo modo in pte speciē vocat non genus, est. n. Isocheles pars trianguli. Et sic prima expositio cōsona est magis. ℭ Facilius tñ legi pōt: aut contingat esse totū in quo demonstrat sicut in parte, hoc est sicut particulare; & per totum intelligit subiectū distributum de quo demonstratio sit. Cum enim tale subiectū vniuersaliter distributum cōtingat esse veluti quoddam particulare

sub aliquo vniuersali, vt Isocheles sub triangulo. Tunc est tertia erroris causa, qua decipimur credētes esse vniuersale q̄d de illo demonstratur, cum non sit vniuersale. Sed ne qs credat de particularibus speciebus nullo pacto demonstrationem esse, subscribit. His.n.quę sunt in parte hoc est his quę sunt particulares species sub genere, inest quidem demonstratio: & erit subaudi quod demonstratur, de omni. Sed tamen demonstratio non erit huius vniuersalis primi.s. Isochelis. Exponit vero quid intelligit per illud verbum huius primi, & inquit. Dico aūt demonstrationem esse huius primi, quatenus huius: hoc est vniuersaliter. Sumpsit enim (vt Philoponus inquit). Quatenus huius pro vniuersali. Vsus est.n. hoc verbo quatenus pro eo quod est esse vniuersalē demonstrationē, nam de omni Isochele demonstraī ꝙ habeat tres angulos ęquales duobus rectis, sed nō primo. sed de triangulo prius. Et huius primi demonstratio est. Idem enim est dicere homo inquātū homo est risibilis, & dicere homo primo & vniuersaliter est risibilis. Siliī hominis est demonstratū risibile vt hominis: & primo ac vlr hominis. Quare licet de oī Isochele sit demōstratū habere tres, non tñ de Isocheli, vt Isocheles, & sic nō primo. Patet igitur tertia decipiendi causa, cum de omni demōstratū credimus primo & vniuersaliter esse demonstratum. Quod falsum est, vt expositum est satis.

*Si igitur quispiam ostenderit rectas duas lineas nō concurrere inter quas eadem in parte sunt anguli recti, recta ex linea secante, illas oborti huius ex eo demonstratio proprie uidebitur esse, quia sic est in omnibus angulis rectis. Verum non est quippe cum id fiat non ex eo quia sic sint illi anguli duobus rectis, aequales, sed ex eo quia quouis modo duobus aequales sint rectis. Et si nullus alius esset triangulus quā hisce qui duorum est aequalium laterum huic ut duorum est aequalium laterum angulos aequales duobus rectis habere competere uidetur. Et similitudo rationum mutato ordine numeris, ut numeri sunt lineis, ut lineae. solidis ut solida. temporibus deniq; ut tempora uidetur competere, quemadmodum seorsum olim ostendebatur. Quod tamen una demonstratione de omnibus demonstrari potest. Sed quia non sunt quippiam unum haec oīa nomine uocitatū, numeri inquā longitudines, tpa, solidaq;, atq; differūt inter se specie, ideo sumebātur seorsum.*

Exemplum 3. causae. *Si igitur aliquis demonstrabit ꝙ rectae non concurrant, Videbitur utiq; huius esse demonstratio. Propterea quia in omnibus rectis est, sed non est, nisi quidem ꝙ sic aequales sint, fiat hoc. Sed uel quomodolibet aequales.*


Exemplum primae cāe. Tex 13. Exemplum scdae cāe. *Et si triangulus non sit alius quā Isocheles. Isocheles utiq; uidebitur esse. Et proportionale ꝙ commutabiliter sit, quo numeri sunt, & quo lineae, & quo solida, & quo tempora, quemadmodum demonstratum est aliquando seorsum, contingens est de omnibus una demonstratione demonstrari. Sed propterea quia non est nominatum id, in quo haec omnia unum sunt numeri, longitudines, tempora, Solida, & specie differunt adinuicem, seorsum accipiantur. Nunc uero uniuersaliter demonstratur, non enim inquantum lineae, aut numeri sunt, inerat, Sed in eo ꝙ hoc est, quod uniuersale supponunt esse.*

Com. 60. Cū dixisset errorē trifariā fieri, subsequēter trium errorū exēpla exponit: sed nō vtiī ordine exēplorum eo mō, quo ordine modorū. Nā primo accipit exemplū erroris tertij modi, & inquit. ¶ Si igiī aliquis demonstrabit, ꝙ recte non concurrant. Videbiī vtiq; huius.s.conclōnis esse demrō, subaudi prędicati vlr. Propterea ꝙ in omnibus rectis sit. Sed non est hęc demonstratio prę	dicati vniuersaliter. non.n. valet, competit omnibus rectis, ergo est vniuersale prędicatū, nisi fiat hoc, hoc ē hęc demonstratio ꝙ sic æquales sint.s.sm rectū, vel si nō secundū rectū, saltem quolibet æquales. ¶ Animaduerte (vt exponit Philoponus) ꝙ lineę rectę bifariā sunt: aut simpliciter rectæ, & hæ sunt, supra quas cadens linea recta rectū vtrinq; angulū facit, simplr vero dicunī rectę ꝙ secundū nullā partē sint tortuosæ, Aut sunt sm quid rectę, vtputa quę sm aliquid sui sunt rectę. Secundū vero aliquid tortuosę, semper tamen æquidistantes. Vult ergo Aristo. dicere, ꝙ demonstratio qua demonstratur ꝙ rectę lineæ non concurrant, licet prædicatū sit de omni subiecto, non tamen demonstratio est prædicati vniuersaliter: nisi sic, hoc est inquantum æquales, & æqdistantes fiat demonstratio, vel quomodolibet rectæ, hoc est aut simpliciter aut secundū partē. Prædicatum ergo est uniuersaliter dictū de oībus nō quo rectę sunt: sed quo æquidistantes, sunt rectæ siue giratiuæ sint. Dein de ponit exemplū primi modi, et inquit. Et si triangulus nō sit alius q̄ Isocheles: isocheles vtiq; videbiī esse hoc s. habere tres angulos ęquales duobus rectis secundū ꝙ Isocheles, & illud videreī esse vniuersale, nūc vero non est, non enim secundum ꝙ Isocheles id inest: sed sm ꝙ triangulus. quare non est vlis demonstratio, q̄ est in Isochelē: sed quæ in triangulo Deinde ponit exēplum secundi modi, & inquit. Et proportionale ꝙ commutabiliter fit, hoc est posse cōmutatim proportionari demonstratur de numeris, quo numeri sunt, & de lineis, quo lineę sunt, et de corporibus, quo corpora siue solida sunt. & de temporibus, quo tempora sunt, ita ut quemadmodum est demonstratum aliquando seorsum. Illud prędicatū de singulis, ita cōtingēs est de omnibus vna demōstratione demōstrari cōi videlicet omnibus illis. Verbū aliquando (vt Philoponus notat) non tēporaliter accipiī: quia tunc esset sensus ꝙ aliquando fuisset illa demōstrationū disseminatio: & nō semper: deinde exponit erroris cām, & inquit. Sed ꝑpterea quia non est nominatū id, in quo hęc omnia vnum sunt vnum, videlicet longitudines tempora solida: & specie differūt adinuicem propterea aliquādo seorsum accipiantur: & hęc est causa errandi. Addit non propterea esse ita, & inquit. Nunc autem vniuersaliter demonstratur demonstratione cōmuni omnibus: & verbum nunc non temporaliter accipitur, quoniā esset sensus nunc: & non prius: & assignat causam, & inquit. Non enim inquantum lineę, aut numeri sunt. Illud prædicatum inerat, sed in eo ꝙ hoc est.s. quoddam commune, quod vniuersale supponunt esse. Hæc sunt exempla dictorum modorum.



*Nunc autem uniuersaliter demonstratur. Non.n. hisce competit, ut lineae sunt, ueluti numeri. sed ut hoc, quod quidem uniuersaliter his inesse cunctis supponitur. Quocirca siquis unumquenq; triangulum, eum inquā qui ex aequalibus lateribus omnibus, & eum qui ex uniuersis inaequalibus constat, & item eum qui duorum est aequalium laterum, aut una, aut alia seorsum demonstratione tres aequales duobus rectis ostenderit, nondum his profecto triangulum scit duobus rectis aequales habere, nisi eo sciendi modo quem ipsi suo more profitentur sophistae. Neq; de triangulo uniuersaliter id percipit, & si nullus alius praeter istos triangulus est. Non.n. id istis ut trianguli sunt, nec omni triangulo ratione formae, sed numeri inesse cognouit, tam & si nullus triangulus est, quem ipse & non scit aequales duobus rectis habere.*

Philopo. Lineae rectae bifariā sunt.





¶ Propter

*Propter hoc nec si aliquis demonstret. Vnũquemq; triangulũ demonstratione, aut una, aut altera, q; duos rectos habeat unuſquiſq; Iſopleuron ſeorſum, & Scalenon, & Iſocheles nondum cognouit triãgulum q; duobus rectis ſit æqualis, niſi ſophiſtico modo, neq; uniuerſaliter triangulum, ne quidem ſi nullus eſt præter hæc triangulus aliter. Non n. ſecundum quod eſt, cognouit, neq; omnem triangulum, ſed uel ſecundum numerum. Secundum ſpeciem autem non omnem, & ſi nullus eſt, quem non nouit.*

Comm. 61. Non ſunt hæc verba valde obſcura, tamen verborũ contextus non eſt facilis, ideo in aliis noſtris commẽtariis, quæ in iuuenta confecimus, dicebamus: q; Ariſt. hic quaſi ex dictis ſoluit Sophiſticum quẽdam ſyllogiſmũ quo veteres circa acceptionem vniuerſalis capiebãtur. Arbitrabãtur enim eſſe optimum ſyllogiſmũ. Scio ſcalarium, & æquipedum: & æquilaterum habere tres æquales duobus rectis. Omnis triãgulus eſt ſcalarius æquipedus, & æquilaterus. Igitur ſcio omnem triangulum habere tres æquales duobus rectis. Modo hic ſyllogiſmus non valet, non. n. ex maiore de ſcito: & minore de ineſſe concluſio ſequitur neceſſario & per ſe, niſi ſophiſtico modo, hoc eſt per accidens. Nã licet ex maiore de neceſſario & minore de ineſſe, concluſio de neceſſario ſequatur: non propter hoc ſequitur ex maiore de ſcito, & minore de ineſſe, niſi ſophiſtico modo, & accidentaliter.

Expoſitio Philopo. ¶ Phil. autem facilius vult q; Ariſt. ex dictis velit oſtẽdere: q; dato q; quis oſtendat vnãquamq; ſpecierũ earum, quæ ſub vniuerſali ſeorſum, & nullam derelinquat ſpeciem, non propter hoc hæc oſtenſio eſt demonſtratio: quoniã non vniuerſaliter demonſtrauit non. n. ãt ãli quo communi, cui primo prædicatum ineſt, demonſtrauit. Sed hæc oſtenſio videtur ſophiſtica, cum ſit ex particularibus de vniuerſalibus ſyllogiſmus, & quaſi ex accidentibus faciens comprobationem. Nam ſi omnes ſpecies diſtinxerit (vt dixi) quæ ſunt ſub triangulo: non ſecundũ q; triangulus nouit: q; habeat tres angulos æquales duobus rectis, ſed vnũquodq; ipſorum particularium: quoniam licet nullum particularium ignoret. Secũdum tamẽ cõmunem ipſorum ſpeciẽ non nouit. Sic igitur vult Philoponus q; Ariſt. declarauerit oſtẽſionem vniuerſalem de ſingulis ſpeciebus: quæ ſub vno genere continẽtur, non ſit demonſtratio, qm̃ non demonſtratur per illũ accidens de ſubiecto. Cui primo & vniuerſaliter ineſt, hoc eſt de communi eius ſubiecto. Sed hæc oſtenſio eſt de illo communi modo ſophiſtico, quatenus non eſt prima oſtenſio; ſed a poſteriori ex particularibus. Bene Ariſto. inquit. ¶ Propter hoc ſubaudi quod in dictis exẽplis expoſuimus. Nec ſi aliquis demonſtret vnumquodq; triangulum demonſtratione: aut vna, aut altera; hoc eſt diuerſa cuiq; accommodata, q; duos rectos habeat vnuſquiſq;: Iſopleurõ ſeorſum, & Scalenon ſeorſum, et Iſocheles ſeorſum, nõdũ cognouit. i. demõſtratiue triãgulum q; duos rectos habeat, niſi ſophiſtico modo: qm̃ ſubaudi, neq; vniuerſaliter triangulum cognouit, etiã ſi nullus ſit præter hæc triãgulus alter, aſſignat cauſam q̃re ſophiſtico modo. & inquit. Nõ enim ſecundum q; triangulus eſt: cognouit: neq; cognouit omnẽ triangulum ſecundum q; triangulus, ſed ſecundum numerũ. Secũdum ſpeciẽ autẽ nõ omnem, & ſi nullus eſt quem non nouit; qua hæc oſtenſio cũ ſit p particularia de vniuerſalibus: & a poſteriori, nõ erit demõſtratio; ſed erit ſyllogiſmus ex accidentibus modo ſophiſtico; nõ q; ſit ſophiſticus, ſed modo ſophiſtico, quatenus a poſterioribus & particularibus ſit, non autẽ demonſtrat accidens de proprio ſubiecto per eius verã cauſam: vt ſuperius diximus. per quæ dat intelligere cum ſyllogiſmum eẽ demonſtratio nem, per quem aliquod accidens oſtenditur de aliquo ſubiecto: cui primo ineſt, & per veram illius cauſam.

*Quando igitur non ſcit uniuerſaliter, & quando ſimpliciter ſcit manifeſtum eſt. Enimuero ſi eadem eſſet trianguli ratio, & duorum æqualium laterum trianguli cæterorumq; triãgulorum demonſtratio, aut cuiq; aut omnibus, æque ſine ullo diſcrimine accõmodantur ut patet, Cum uero nõ ſit eadẽ, ſed diuerſa, trium q; anguli duobus rectis æquales hoc cuiq; cõpetunt, quo quiſq; triãgulus eſt, non ſcit hiſce ſimpliciter, qui dicto modo demonſtrat.*

*Quando ergo non nouit uniuerſaliter, & quando nouit ſimpliciter, Manifeſtum eſt utiq;, quoniam ſi idem erit triangulo eſſe, & Iſopleuro, aut unicuiq;, aut omnibus. Si uero non idem ſed alterum, eſt autem ſecundum quod eſt triangulus, non nouit.* Tex 14.

Com. 62. Commune Themiſ. Secundum Themiſtiũ, cum Ariſ. dixiſſet ad ſcire ſpeciem non ſequi ſcire genus, etiam ſi nihil aliud ſi præter generis ſpecies, quas qui ſciuit, qua non eſt idem ſcire de omni: & ſcire vniuerſaliter: nam poſſum ſcire vnumquemq; habere tres, & non ſcire vniuerſaliter triangulum habere tres, & hoc quia ſcire de omni eſt aliud a ſcire vniuerſaliter: quærit nunc quando non differt ſcire vniuerſaliter: & ſcire de omni ¶ Philoponus uero quaſi idem concedens, dicit q; quærat duo: alterum, quando non nouit vniuerſaliter ſubaudi ſi nouit de omni, Alterum vero, & quando nouit vniuerſaliter, ſi ſubaudi nouit de omni. Vnde dato q; quis nouerit de omni ſcalario q; habeant tres, quæritur, quando de omni ſcalario ſcire q; habeat tres, ſit ſcire vniuerſaliter, & quando non vniuerſaliter. Hæc ergo duo ſecundum Philo. ſoluit Ariſt. continuetur ergo textus hoc pacto, cum dixiſſet Ariſto. q; non ſemper ſcire de omni ſit ſcire vniuerſaliter, ideo quærit quando ſcire de omni ſit vniuerſaliter ſcire, & quando non vniuerſaliter, & hoc inquit. ¶ Quñ ergo ſubaudi q; nouit de omni, non nouit vniuerſaliter, hoc eſt primum quærit ſecundum, & inquit. Et quando nouit ſimpliciter hoc eſt, quando qui nouit de omni, nouit vniuerſaliter: Reſpondet & primo ad ſm membrum, & inquit. Manifeſtum eſt vtiq;, quoniam ſi idem erit triangulo eſſe, & Iſopleuro, aut vnicuiq;, aut omnibus, dico vnicuiq;. Si vna tãtum ſpecies ſit ſub genere, dixit aut omnibus ſi plures ſpecies ſunt ſub genere, nam ſi vna ſpecies ſit ſub triangulo, vt ſcalarius, ſiue plures, quando eadem ratio eſt trianguli & ſcalarii, ita vt ſolo nomine differant, vt tunica & veſtis, tũc ſubaudi idem eſt ſcire de omni ſcalario q; habeat tres, & vniuerſaliter de triangulo, quoniam non ratione, ſed nomine differunt. Deinde reſpondet ad primum ad primum membrum, & inquit. Sinautem eſſe hoc eſt ratio non ſit idem triangulo & ſcalario, Sed alterum vt homini & animali eſſe alterum eſt, veluti Philopo. exponit, & hoc (vt inquit) ſi eſſe trianguli ſecundum quod triangulus, non ſit idem cum eſſe ſcalarii ſecundum q; ſcalarius, tũc non nouit ſubaudi de ſcalario vniuerſaliter q; habeat tres, licet cognouiſſet de omni. Et ſic patet ad primum membrum. Hæc eſt expoſitio Themi. & Philoponi, licet in verbis ſit aliqua differentia. Philopo.

*Patet autem utrum id illi cõpetat ut triangulus eſt, an ut duorum æqualium laterum, & quando per hunc competit primum,*

*& cuius est uniuersaliter demonstratio. Nã ei cõpetit ut tale est, cui cæteris sablatis competit primo ueluti laterũ, daorũ æqualiũ æneo triangalo, competẽt anguli duobus rectis æqasies. At ære sublato ut non sit æneus etiã cõpetent. Et idem laterũ æqaalitate duorum sublata, ut noa sit daorum æqaalium laterũ. At nõ cõpetent sublata figura uel termino sed nõ primis ipsis sablatis. Quo igitur primo sublato non competent, Quia si triangulo per hunc, & cæteris competunt, & huias est uniuersaliter demonstratio.*

*Vtrum autem secundum quod est triãgulas aut secandũ qaod est Isocheles insit. Et quando secundum ipsum inest primam, & cuias uniuersaliter est demonstratio. Manifestum est q quando rebus remotis, insit primum, ut Isocheli æneo triangulo, insunt duo recti. Sed, & æneũ esse remoto, & Isochele sed non figura, aut termino, Sed nõ primis. Quo igitur primo, Si itaq; triãgulo: & secundũ hoc inest alijs, et baias aniuersalis est demonstratio.*

Sed vi delis cet. Non An. Com. 63.

Cũ dixisset q non semp qui nouit aliquod p̃dicatũ i esse oĩ, nouit illud vniuersaliter inesse: nunc (ut Philo. innuit) affert regulam per quã poterimus discernere: qñ illud quod inest omni, vniuersaliter inest, & qñ non vniuersaliter inest. ¶ Et ponit hanc regulã. Quo primo destructo: simul destruitur & accñs: huius demõstratio vniuersalis fit. Verbi cã habere tres angulos ęq̃les duobus rectis inest triangulo: & ęneo, & Isocheli, & figuræ, & ei. quod est finibus claudi. Sed qm̃ nec ęneo ablato: nec Isochele ablato aufertur hoc accidens: quod est habere tres triangulo uero ablato: aufert triangulo inest primo & vniuersaliter. Nam licet ablata figura, uel ablato eo quod est finibus claudi: auferatur hoc quod est habere tres: tñ non primis his ablatis, sed triãgulo primo: possibile. n. est & aliquam figuram esse: & hoc: quod est finibus claudi esse: vtputa si qua fuerit quadrilatera: tres ãt angulos nõ habere duobus rectis ęquales: sed quatuor, ob id autẽ q & triangulus in figura cõtineatur: accidit ablata figura simul auferri & illud. ¶ Animaduerte tñ circa hæc q Iuniorum Alij sunt: qui arbitrantur Arist: velle assignare regulã: p quã vniuersale prędicatum cognoscat. Alij vero: p quã vlẽ subm. ¶ Sed qm̃ non põt sciri vniuersale subiectũ: quin vlẽ prædicatũ cognoscatur, nec cõtra sciri potest vlẽ p̃dicatũ, quin vlẽ subiectũ intelligat: vr mihi ex Aristotelis regula vtrumq; haberi. Pro intellectu ergo regulæ proponit q̃õnem trimẽbrem: & inquit. ¶ Vtrũ autem s̃m quod est triangulus: aut s̃m quod est Isocheles, hoc subaudi quod est habere tres insit: Hęc est prima q̃õnis pars: deinde subscribit secundã, & inquit. Et qñ primum subaudi hoc quod est habere tres inest; vtrũ semper; an seruatis quibusdam. Deinde subscribit tertiũ, & inquit, & cuius vniuersaliter est demonstratio ¶ Quo uero ad verba attinet. Aiaduerte q tria requiruntur ad hoc (vt aliquod prædicatũ alicui subiecto vniuersaliter insit). Primũ quidẽ, vt ipso remoto, remoueatur, & propterea quęrit Primo vtrum autẽ s̃m quod est triangulus, aut s̃m quod est Isocheles insit: nam si s̃m quod tale inest, ipso remoto non inerit. Secundo requiritur, vt ipso posito ponatur, & propterea secundo loco quærit, & qñ primũ s̃m quod ipsum inest. Nã si primo s̃m quod ipsum inest, ipso posito tale prædicatum inest, Tertio requiritur, vt ipso posito & remoto immediate illud ponatur, & remoueatur. Et propterea tertio loco quęrit, & cuius vniuersaliter est demõ. Si. n. alicuius vniuersaliter est demonstratio: illud erit quo posito & remoto immediate prędicatum ponitur, & remoueatur. Per quas conditiones: hoc quod est habere tres vniuersaliter inest triangulo, Primo quia triangulo remoto nulli eius speciei competit. Secundo, quia eo posito: ponetur: & p hoc differt a figura. Tertio, quia licet remota figura, remoueatur: & positis omnibus speciebus ponatur, hoc nõ est immediate: quia positis speciebus: ponit illud, sed non primo. sed pro quanto ad illas seqtur triangulũ esse. Similr negata figura, non erit illud: sed nõ primo: qa oportet ut neget triangulus. ergo vlẽ p̃dicatũ est qñ illo remoto remouet: & eo opposito ponitur: & ipso siue proposito siue remoto immediate ponitur vel remouetur: hac ratione trimembrem, q̃õnem proposuit. Deinde soluit q̃õnem: & primo respondet ad s̃m membrũ, & inquit. Dico subaudi q inest alicui s̃m q ipsum primum, quãdo remotis inest primo: hoc ẽ qñ remotis speciebus, quod inest omni. Primo inest. Vt ablatis Isocheles & ęneo: triangulo isunt duo recti. Quare triangulo primo inest, inest dico primo ipsi triangulo. Sed ipso æneũ eẽ remoto: & ipso Isochele remoto. Deinde quærit tertiũ mẽbrũ. An videlicet ipso posito & remoto immediate, remoueat vel ponatur, & lege non interrogatiue pro ne, vel an, hoc modo. Sed an figura: aut ipso termino vel terminis claudi remoto, remoueatur ipsum habere tres, innuit solutionẽ quasi dicẽs, dico q remota figura: illud remouetur, non tñ illis primis, & immediate remotis: Nã (vt Themi. suppleuit) si possibile esset illis ablatis, remanere triangulum: adhuc remaneret ipso hr̃e tres: Nam ablatis illis, pro tanto aufertur hr̃e tres pro quanto aufertur triangulus, deinde iterũ quęrit primum membrũ; & dicit. Quo igitur primo. s. affectio illa aufertur: non r̃ndet: sed vult solutionẽ eẽ subaudiẽdã, videlicet q triãgulo ablato, primo affectio illa auferatur. Concludit tñ ex solutione subaudita solutionẽ totius q̃õnis: & iquit. Si itaq; triangulo ablato affectio illa auferatur. Tunc sequitur q illa affectio & s̃m hoc. s. hunc triangulum inest alijs, & huius trianguli vniuersalis erit demonstratio. ¶ Ex his patet quid sit subiectum vniuersale: & quod prædicatũ vlẽ, est. n. subm vniuersale, quo posito ponitur, & quo remoto remouet primo & immediate. Dico quo posito ponitur, pp genus: nõ. n. figura est primũ subiectum: qm̃ non ea posita ponitur affectio illa Dico & quo remoto remouetur, qm̃ species trianguli nõ est subm primũ, nõ. n. specie remota: passio illa remouetur. Dico primo & immediate: qm̃ nec oẽs species simul iũctę sunt subiectũ primũ nõ. n. ipsis positis affectio illa immediate ponitur, sed pro quanto ad eas positas sequitur triangulum esse, & eis remotis remouetur triãgulus. ¶ Sed dices fortasse, si ita esset (vt Arist. inqt.) Tunc vniuersale non esset nisi prędicatũ secũdi modi. Affectio. n. vlis nõ prędicatur nisi de suo subiecto secundo mõ per se. Et sic hæc non essent vlia, videlicet aĩal, animal rõnale, & oĩno neq; genus de spẽ, neq; differentia de specie; nec definitio de definito. ¶ The. (vt superius diximus) concedit totũ, asserit. n. vlẽ prędicatũ esse solũ illud, qđ secũdo mõ p̃dicatur, & sic nec genus, nec dr̃ia, nec definitio de specie p̃dicat vlr̃. ¶ Auer. vero distinguit duplex p̃dicatũ vlẽ. Alterũ quod p̃dicatur tñ, & non inhęret subiecto. Et sic prædicata primi modi p̃nt dici vlia; modo immediate prædicentur: vt animal de homine; quia p se prædicatur, & non p medium. Alterum quod


Qua Iuniores. — Regula. — Verborum expositio. Ad hoc q aliqd p̃dicatũ alicui subiecto vniuersaliter insit tria requiruntur. — Dubiũ — Responsio Themi. — Auerro. — Duplex p̃dicatum.

prædicatur & inhęret, hoc est prædicatum secundi modi, & de hoc posuit Arist. regulā. Et hoc appellat Philo. Simptoma. Quare dicere possumus Aristo descripsisse affectionem, quę vniuersaliter inhęret. Superius autem, prædicatum: quod vniuersaliter prædicatur, & sic concedo nullum prædicatum primi modi esse uniuersalem affectionem, vt Arist hic loquitur, licet posit dici vniuersale prædicatum. Hæc de vniuersali.

*Si igitur demonstratiua scientia, ex principijs est necessarijs. Quod n. quispiā scit id fieri nequit, ut aliter sese habeat. Ea uero quæ per se rebus insunt, necessario cōpetunt. Nā quędā insunt in eorū, quibus cōpetit rōne, quædam in sua res eas habent, de quibus dicitur quorū alterū oppositorū insit necesse est, patet ex talibus quibusdā ratiocinationē constare, Oē nāq; qd inest, aut hoc pacto aut p accidens cōpetit, accidentia uero nō sunt necessaria.*

Tex. 5. *Si igitur est demonstratiua scientia ex necessarijs principijs, quod n. scitur impoßibile est aliter se habere. quæ autē p se sunt, necessario insunt rebus. Hæc n. insunt in eo quod quid est, quibusdā hæc insunt in eo quod quid est prædicantibus de ipsis, quorum alterū oppositorū necesse ē inesse. Manifestū igitur q. ex talibus quibusdā utiq; fit demonstratiuus syllogismus. Oē n. aut sic inest, aut secundum accidens. Accidentia autem necessaria non sunt.*

Com. 64. Continuatio. Cum declarasset quid vniuersale sit, & quid per se, & quid de omni: Nunc (vt Philopon. inquit) descendit ad docendū, quę nā sint necessariæ ꝓpositiones: ex quibus demonstratiua problema syllogizabamus. Et ponit fm Philop. hanc cōclōnē demonstrationes sunt ex his; q̄ sunt per se. Verū circa modū procedendi Aristot. aliter Philo: Aliter Themi. exponit. Themi. Syll's text. ¶ Themi n. syllm textus Categorice componit hoc pacto. Demonstratiua scientia ex principijs necessarijs, & quæ non pñt aliter esse, ē. Quę sunt per se, necessaria sunt. Igitur ex his quę sunt p se demōstratiua sciā est inquit. ¶ Si igitur est demōstratiua scientia ex necessarijs principijs, quę impōle est aliter se hre; hęc est minor: Quæ vero per se sunt necessario insunt rebus. Aliqua quidem. n. i ipso qd quid est insunt, vt pdicata primi alia in ipso qd qdē insunt pdicātibus de ipsis: vt prædicata secūdi modi quorū alterū aut oppositū necesse ē inesse, ut diximus supra. Hæc ē minor. dat cōclōne dicens. Manifestū q ex his quibusdam vtiq; erit demōratiuus syllō. Cauillus cōtra Arist. ¶ Hāc rationē aliqui cauillant, & cōparant huic, si aialium corpora ex siccis & humidis cōstant, Cibus & potus siccū & humidū ē. Ergo ex cibo & potu corpora aialium cōstāt. Hanc qōnem cōtra Aristo. The. facit hic. Cap. 14. ¶ Respondet ipse dicens. Sed uir sapiētissime nō probasti sola cibum & potum esse humida siccaue: Aristo. uero sola ea esse necessaria primum ostendit, & sic vult Themistius syllogizari posse in secunda figura ex duabus affirmatiuis, quando maior est exclusiua. Solutio Themi sti. Verbi causa. Tm̄ animal est risibile. Oīs homo est risibilis. Igitur omnis homo est animal. Et sic arguit Aristo: sola per se sunt necessaria. Omnis demōstratio est ex necessarijs. Igit omnis demonstratio est ex per se. Instantia non est ad propositū, vbi n. esset ad propositum, deberet esse hęc tantū cibus & potus sunt humidi & sicci, quæ falsa est. Huius Themistij præcepti causa est, quia exclusiua conuertitur




ad vniuersalem de terminis transpositis. Hæc enim tm̄ animal est risibile conuertitur in hanc, omne risibile est animal, cui addo omnis homo est risibilis. Igitur omnis homo est animal. Nam facta hac conuersione fit prima figura: & sic in syllogismo Arist. fieri potest. ¶ Sed dices hæc exclusiua est falsa, videlicet sola per se sunt necessaria, cum multa per accidens sint necessaria. Obiectio ¶ Ideo probat illam exclusiuam sic. omne necessariū aut p se, aut p accidens, sed accidentia nō sunt necessaria. Igitur sola per se sunt necessaria, iquit. Solutio. Omne. n. subaudi necessarium vel sic inest hoc ē p se, aut fm accidens, sed accidentia non necessaria sunt. Igitur subaudi sola p se erūt necessaria. ¶ Sed contra ambiges vt contra formam, & contra materiam, formam quidem; nam omne animal aut rationale, aut irrationale. Dub. 1. Sed animal nō est irrationale. Igitur solum rationale est animal. ¶ Secundo albedo niui & Cygno, nigredo Ethiopi necessario īsunt. Secunda. Et tm̄ accidentia sunt. ¶ Ad hæc dici potest ad primum syllogismum illum Arist. esse hypotheticū diuisiuū vbi arguitur a destructione totali alterius partis ad exclusiuā alterius, vnde sic valeret, oē animal est rationale: vel irrationale. Solutio. Ad. 1. Sed nullū animal est irrationale. Igitur solū rationale est animal. Et hæc regula nullam patitur instātiam, & hoc modo Aristo. arguit, omne necessarium aut p se, aut p accidens, sed nulla accidentia necessaria sunt. Igit sola per se sunt necessaria: & hæc erat maior syllogismi Arist. ¶ Ad secunda Themi. (vt mihi videtur) talem innuit distinctionē q videlicet: necessariū duplex est, vt simpliciter, & est quoties respectu omniū, quibus competit necessario competit per illius naturā vt risibile, quibuscunq; n. cōpetit semper necessario competit, & de hoc Aris. loquitur, vt q sola per se sunt necessaria videlicet, simpliciter. Ad. 2. Necessariā duplex. Alterum est necessarium fm qd; vt albedo niui necessario inest, non tm̄ respectu omniū, quibus inest, qa nō respectu parietis, & sic pōt necessariū esse accñs; & sic Arist. vult nullū accñs esse necessariū simplr videlicet respectu oīum eorū, qbus cōpetit, ut patet. ¶ Nō esset alienū dicere, q nec albedo niui nec nigredo coruo necessario insunt. Sed bene coruus nigredini necessario subest, & nix albedini, qm̄ qdē hæc necessitas nō ex pte accñtis ē, sed subiecti, qd necessario illi subest. Bene igit Aristo accepit nullū accñs esse necessariū, qm̄ quidē necessariū est ex parte subiecti, non sui, at quæ p se insunt, necessario insunt ex parte eorū, vt patuit ī capitulo eorum quæ per se. Hæc ex Themistij paraphrase. ¶ Philoponus vero vult q Ari. conclusionē propositā ꝓbet hypothetico syllogismo hoc pacto. Quo Phil. Si demōstrationes ex necessarijs, necessaria vero sola quę p se. Ergo demonstratio est ex his quę sunt per se. Qd demonstrationes sint ex necessarijs probauit qm̄ qd scitur, impoßibile est aliter se hre: & ita oportet vt demōstret ex his, quæ non possunt aliter se habere, qualia sunt necessaria. Quod vero sola per se sint necessaria, iterū probat, qm̄ eorū q̄ per se insunt, hæc insunt in eo quod quid est, vt prædicata primi modi, quibusdam vero insunt in eo quod quid est prædicantibus de ipsis, vt prędicata secundi modi, quorum subaudi aut ipsum aut alterum oppositorū necesse est in esse, vt superius diximus. Diximus n. prædicatum secūdi modi esse necessarium, vel quia ipsum necessario inest, vel quia disiuncto oppositorū necessario inest, vt par vel impar: ex his dat cōclusionē, &

dicit ꝙ manifestum sit ex talibus qbusdam fieri demonstratiuum syllogismũ. Et quia quis posset dicere non sola ea, quæ per se sunt, esse necessaria, qm̃ multa accñtiũ p se sunt, ostendit, ꝙ sola quę per se sunt necessaria sint, & dicit, ꝙ omne predicatum aut sic. s. per se inest, aut secundum accidens inest. Accñtia ãt subaudi nulla necessario insunt, nisi ẜm quid ratione subiecti: quod alicui eorum necessario subijcitur. Quo ad syllogismi formã, Philop. dicit. ꝙ in tali hypothetico syllogismo duo quędã antecedentia assumpsit Aris. quorũ alterũ est ꝙ demonstratio sit ex necessarijs. Alterum vero ꝙ sola ea quę per se sunt: necessaria sint ex quibus simul copulatis, conclusio ea sequitur, quę est, ꝙ ex his: quę per se sunt, sint demonstrationes. Nec alienum est (vt Philop. inquit). In aliquibus syllogismis duo assumere antecedẽtia copulata, & hoc quando ex vno solo conclusio non sufficienter sequit. Fit autem syllogismus ex duplici antecedente potissimum qñ est hypotheticus, vt alibi dictum est. Et (vt Philoponus inquit) Arist. probauit vtrunq; antecedẽs. Primũ qdem ꝙ ex necessarijs demonstratio fit. Et hoc statim positũ probat: & inquit: quod. n. scitur: impossibile est aliter se habere. Nam (vt Philopon. inquit) scimus non solum conclõnes, sed etiam ꝑpositiones: per quas conclusionem cognoscimus. Si. n. non haberemus scientiã ꝑpositionũ, neq; conclusionis scientiã habere poterimus. Quare si conclõ est necessaria, ꝑpositiones sunt necessarię, aliter necessariũ ex non necessarijs demõstraret. Secundũ vero antecedens erat, quæ vero per se insunt, necessario insunt rebus, et iterum hoc statim positũ probat, & inquit. Hæc. n. in ipso quid est, insunt. Scilicet vt prędicata primi modi: qbusdã hęc insunt in eo quod quid est prædicantibus, ut p̃dicata secundi modi, modo ita est, quod tam p̃dicata primi modi, q̃; prædicata secũdi modi necessario insunt rebus quarum sunt prædicata, Quod quidem prædicata primi modi necessario insint rebus: patet: qm̃ tã definitio q̃; definitionis pars necessario inest rei, cuius est. Quod vero prædicata secundi modi necessario insint rebus, probat ex eo: qm̃ vel ipsa: vel eorũ opposita necessario insunt: uel (vt Philop, inquit) probat hoc modo, omne. n. inquit aut ita inest. s. per se ẜm priores modos per se: aut per accidens, quod autem non per accidens inest, ex necessitate inest: quod vero p se inest non p accidens inest, Igit quę ex necessitate insunt: p se insunt. Et dicit Philopo. ꝙ syllogismus potest fieri Categoricus hoc modo. Omnis demonstratio ex necessarijs, necessaria sunt p se. Igit oĩs demõstratio est ex his, q̃ sunt per se. Verũ Arist. Categoricũ non fecit qm̃ tũc esset ex duabus affirmatiuis in secunda figura, & sic faceret figurã insyllogizabilẽ. Et propterea Philoponus voluit ꝙ syllogismus sit hypoteticus ex duobus antecedẽtibus: & vno cõsequẽte. Et sic hoc pacto componet. Si demonstratiua scientia est ex necessarijs principijs: necessaria vero sola quę per se rebus insunt. Demonstratio ergo ex his, quę sunt per se. Modo syllogismus hypotheticus potest esse necessarius; & in nulla figura, vt opinatur Philopo. Sunt. n. multæ consequentię necessariæ ex vno, & pluribus antecedentibus, q̃ non sunt in aliqua syllogistica figura. Vnde vis totius syllogismi hæc est. Si datũ sit ꝙ ex necessarijs principijs sit demonstratio, & datũ sit ꝙ sola ea quæ sunt p se, sint necessaria: datũ erit demonstrationes esse ex his, q̃ sunt per se. Nã idẽ erit dicere demonstrationes esse ex necessarijs, & ex his quæ p se. Siqdẽ sola necessaria p se sunt: & quę per se sunt necessaria sunt. Hęc Phil. ℭ Per q̃ patet differentia inter expositionẽ The. & suã. Nã Themi. uelle uidet syllogismũ posse eẽ Categoricũ, sed eo modo, vt dixit: ex maiore exclusiua, Philopo. vero (vt mihi videtur) melius asserit syllogismum esse hypoteticũ & non ad Categoricum reducibilẽ, qm̃ est consequẽtia necessaria ex duplici antecedente. Et tu nota de mente Philoponi non omnem hypotheticum syllogismũ esse reducibilem ad aliquam trium figurarum: licet Boetius dixerit totum oppositum, de quo in libro priorum.

Dña expõnis Themi. Philopo.

Non oĩs hypotheticus syl'̃s potest reduci in figuram.

*Aut igitur ita dicatur, aut hoc principium supponatur demõstrationem necessariam esse. Et si demonstratum sit quidpiam fieri non posse, ut illud sese habeat secus. Ex necessarijs ergo constare demonstratiuam ratiocinationem oportet.*

Text. 16.

*Aut igitur sic dicendum est, aut principium ponentibus q. demonstratio necessaria sit, & si demonstretur, non aliter se habere potest, ex necessarijs igitur oportet esse syllogismum.*

Com. 65. Expositio aliquorum Refutatio. expõ Phil.

Videt qbusdã ꝙ Arist. velit ꝑbare secũda ratione: ꝙ demõstratio constet ex his: quę p se sunt. ℭ Quæ expõ neq; verbis conuenit: neq; conclõni: quã infert, q̃ est, ꝙ demõstratio sit ex necessarijs. ℭ Melius ergo cum Phil. dicamus ꝙ cũ ꝑbasset demonstrationẽ eẽ ex his, q̃ sunt p se: nũc ꝑbat demrõnẽ esse ex necessarijs. Et tunc lege verba sic. ℭ Aut igit sic dicendũ est, uidelicet ꝙ demrõ necessaria sit nulla rõne assignata, sed solũ qa ita ab omnibus concedat. Aut sic dicẽdũ est ꝙ videlicet demonstratio sit ex necessarijs, nobis principiũ ponẽtibus, qd̃ pricipiũ est, hoc videlicet qd̃ demonstrat, non põt aliter se habere. Hoc. n. principio nobis posito, seqt ꝙ demõstratio sit ex necessarijs principijs. Non. n. põt necessariũ ꝑblema, vel necessaria conclõ ex non necessarijs demõstrari. Qd̃ Auer. ꝑbat p illud Axioma pp qd̃ vnũquodque tale. & illud magis, q̃re cũ cõclõ necessaria sit pp. ꝑpõnes, ꝑpõnes sunt magis necessariæ. ℭ Preterea demõstrationẽ constare ex ꝑpõnibus necessarijs dupl'r ꝑbari põt aut definitiõe ipsius scire: aut necessitate cõclõnis, q̃ demonstrat. Et vtraq; ꝑbatio est a fine. Est. n. finis duplex intrinsecus eueniẽs, & extrinsecus accedẽs, ipsum scire qdẽ demõstrationis finis est extrinsecus accedẽs, conclõ vero intrinsecus eueniẽs. Et ideo Aris. ꝑbauit prius demrõnẽ eẽ ex necessarijs fine eo, qd̃ est ipsum scire, nũc aũt probauit a fine, q est cõclõ ℭ Quod ãt demrãtio sit ex necessarijs, Philop. exponit, ex differentia, q̃ est inter syllogismum & demonstrationem. Nam ex veris quidẽ, & non necessarijs propositionibus syllogismũ verũ fieri contingit. Demõstratiuũ vero ipossibile est. Vtputa Socrates ambulat. quod ambulat p crura mouet. Socrates igitur per crura mouet. Hic syllogismus est, & quidẽ ex veris, non tamen demonstratio est; quoniam conclusio neq; necessaria est: neq; ex necessarijs ꝑpositionibus. Præterea etiã si necessaria sit conclusio, & propositiones non necessarię, demõstratio est. Vtputa Socrates p crura mouetur. quod per crura mouetur animal est, Socrates igit animal est. Non. n. hoc pacto est scire, sed opinari ex contingentibus propositionibus necessariã aliquam conclusionem concludere. Insuper neq; ex accidentibus inseparabilibus: quę non vni, & soli contingunt demonstratiuus syllogismum fit. Vtputa Cygnus candidus quod candidũ est, Visus est disgregatiuũ: Cygnum

Auerro.

Qd̃ demrõ ex necessarijs sit dupl'r probari põt Finis duplex.

Quæ Phil.

gnus igitur visus est disgregariuus. quoniam licet propositiones: & conclusio sint necessariæ: non tamen accidentia vni & soli cõpetunt. Verborum expositio ¶ Quo vero ad uerba attinet, Aristo. cum dicit. Aut igitur sic dicendum: non accipit verbum igitur illatiue, sed veluti aduersatiue: vt sit sensus. Sed aut sic dicendum q demonstratio sit necessaria, nulla subaudi ratione cogente. Aut sic dicendum nouo principio assumpto: videlicet quia conclusio: quę demonstratur, necessaria sit: & cum dicit: q demonstratio necessaria sit, per demonstrationem esse necessariã: intelligit eam esse ex necessarijs propositionibus necessariam conclusionem demonstrantibus.

*Etenim fit ut & demonstrans ratiocinetur ex ueris, at non fit ut ex necessarijs quisquam nisi demonstrans ratiocinationem conficiat. Id enim ipsum iam demonstrationis proprium est.*

*Nam ex ueris quidem est, & non demonstrantem syllogizare, ex necessarijs autem, non est. Sed aut demonstrantem.*

sed aut nisi Cõmẽ. 66. Cũ cõclusisset q ex necessarijs sit demõstratio, & qm̃ aliqua vera sunt necessaria: ergo posset credere ex veris esse demonstrationem. ¶ Respondet q̃si concedens q ex veris sit demõstratio: non tñ ex solis ueris: nisi sint necessaria, & huius tacitę solutionis causam assignãs: inquit. ¶ Nã ex veris quidem est: demonstrãtem & non demonstrantem syllogizare, ex necessarijs autem: nõ nisi demonstrantẽ est syllogizare: ergo solutio est: concedendo q ex veris sit demonstratio: non tamen absolute: quoniã non ex veris contingentibus. Sed ex his veris: quæ sunt necessaria. Verborum expositio ¶ Quo vero ad verba attinet. Animaduerte q Aristo. supponit tacitã quęstionẽ, quę est an ex solis veris sit demonstratio, & supponit tacitã solutionem: videlicet ex veris sit demonstratio: non tñ absolute, hæc supponens assignat causam tacitę solutionis: & inquit. ¶ Nam ex veris quidem est, & non demõstrantem syllogizare, & supple etiam demonstrantem. Ex necessarijs autem: quæ vera sunt: non est syllogizare: nisi demonstrantem: hæc est ratio tacitæ solutionis.

*Signo etiam illo patet demonstrationem e necessarijs esse, nam inficiationes aduersus eos qui demonstrare putant, negatione necessitatis inferre nos consueuimus, aut putantes omnino fieri posse quo res aliter sese habeat, aut disputationis causa contẽdẽtes.*

*Signum autem q demonstratio ex necessarijs sit est, quoniam & instantias sic ferimus ad opinantes demonstrare, quòd non necesse utique sit opinamur, aut omnino contingere aliter, aut gratia sermonis.*

Cõmẽ. 67. Expositio Philopo. Secundum Philoponum hoc est tertium argumentũ q demonstratio sit ex necessarijs: qm̃ siquis proposuerit nobis q hęc: vel illa sit demõstratiua propositio: redarguere ipsam putamus per hoc quia prædicatũ nõ ex necessitate subiecto inest. Et hoc inquit. ¶ Signũ autem q demonstratio ex necessarijs sit, est, quoniã & instantias sic ferimus ad opinantes demonstrare: ferimus dico instantiã, quia opinamur eã q nõ necesse vtiq3 sit. Aut omnino opinemur eã contingere aliter se habere, quod idem est. Addit, aut gratia sermonis & (vt Philoponus exponit) vult dicere q non solum qui ad veritatem respiciunt: contradicunt propositionibus, in quibus non est ex necessitate inesse prædicatum subiecto. Verũ & qui litigiosus contentionis gratia contradicũt. sæpe enim & necessaria existẽte propositione impedimẽtum prębere volentes: asserunt nõ ex necessitate inesse: Et sic per sermonem contentionem intelligit: quasi dicat q non solum gratia scientiæ sic instamus: sed gratia sermonis hoc est contentionis.

*Ex quibus etiã patet stultos eos esse profecto, qui pricipia bene sumere putant, si propositio probabilis sit atq3 uera uti sophistæ, scire esse dicentes scientiam habere. Non enim ideo propositio principium est, quia probabilis, aut nõ probabilis est. sed quia primum est ipsius generis, circa q̃ sit demonstratio, & uerum non omne proprium est.*

*Manifestum autem ex his est, & quoniam stulti sunt, qui opinantur accipere bene principia si probabilis sit propositio & uera, ut sophistæ. quoniam scire est scientiam habere, Non. n. quod probabile est aut non, principium est. Sed primum in genere, circa quod demonstratur. Et uerum non omne proprium est.*


Ex dictis refellit errorẽ Protagorę: qui putabat principia esse demonstratiua: modo sint propositiones probabiles & ueræ. Protagoras enim refellens scientiã syllogizando supponit principium demonstratiuũ esse, si sit propositio probabilis & vera. Et tunc probauit q geometra non scit hoc pacto (vt Philo. exponit). Scire est scientiam habere, habere scientiam est scientiam noscere. Qui vero noscit scientiã: noscit quid ipsa sit. Igitur qui scit noscit quid scit scietia, geometra non noscit qd sit scientia, geometra igitur non scit. Hoc pacto refellit sñiam Protagora. Hunc errorem ergo refellit Arist. & inquit. ¶ Manifestũ autem ex his est: & quoniam stulti sunt: qui opinãtur accipere bene principia. Si principiũ sit probabilis propositio & uera, vt Sophistę autumant scilicet Protagoras, qui destruit sciẽtiam per hoc q scire sit scientiam habere. ¶ Et tu Animaduerte q nõ totũ cauillũ expressit, Sed quæ de illo omisit: quasi manifesta reliquit. ¶ Quod vero errauit, probat, & inquit. Nõ enim quod probabile est, vel non est probabile principium est demõstratiuum. Sed adhuc requiritur q sit uerum in genere eo scientię: circa quod demonstrat. Modo non omne verum est proprium: & contractũ ad illud genus: in quo sit demonstratio. Aliquando enim uerum est extraneum, & pluribus sciẽtijs cõmune. ¶ Et sic dupliciter errauit Protagoras. Primo quia principium debet esse necessarium, & nõ sufficit, vt sit probabile & verum: quoniam probabile & verũ potest esse contingens. Secundo quia oportet esse proprium ei scientiæ, in qua sit demõstratio, & non commune vel extraneũ. ¶ Tunc ad rem veniens Philoponus dixit q Protagoras in suo Cauillo accepit tres propositiones veras. Prima est q geometra scit. Secunda vero q qui scit, habet sciẽtiã: & hęc vtraq3 est vera, & necessaria. Tertia est q qui habet aliquid vtpura scientiam, noscit quod habet. Et hæc non est necessaria: nec semper vera, est tamẽ probabilis. Amplius dato q hæ omnes essent uerę, & necessariæ, non sunt propriæ generi geometrię. Et sic Cauillus est etiam per extranea. Philoponus approbat hanc Cauilli expositionem. Verum affert aliam, quæ mihi etiam non placet.

Cõmẽ. 68. Cauillus Protagoræ Error protagor. Quæ Phil. de cauillo.

*Atq3 demonstratiuam ratiocinationẽ ex necessarijs esse oportere, ex hisce patet. Nam si non est iste sciens, qui non habet eius rationem propter quid est, cuius est demõstratio: atq3 fieri põt ut a. quidem ipsi. c. necessario cõpetat. Medium autem. b. per quod illud est demonstratum non sit necessario, his plane qui talem ratiocinationem extruit, non scit propter quid est, quippe cum non sit illud ob ipsum medium. Nam ipsum quidem fieri potest ut non sit, conclusio autem est necessaria.*

Tex. 17. *Quod autem ex necessarijs oporteat esse syllogismum. Manifestum et ex his est. Si n. non est habens rationem ipsius propter quid, existente demonstratione, non sciet. Scit autem utiq;, ut. A. in. C. ex necessitate insit. B. autem medium per quod demonstratum est non ex necessitate, non sciet propter quid, non enim est hoc per medium. Nam hoc quidem contingit non inesse, conclusio autem necessaria est.*

Com. 69. Expositio Philopo. Secundum Philoponū hoc est tertium argumētū, φ demōstratio sit ex necessarijs. Et hoc ꝓponit, & inquit. Quod āt ex necessarijs oporteat esse syllogismū. Manifestū ex his est: quę nūc subscribunt, hoc est via & rōne sumpta ex parte necessitatis conclusionis. Probat āt deductione ad oppositū. Nam si cōclusio quidē necessaria est, propositiones vero cōtingētes, cōtingēs āt ēst: quod potest non inesse. Patet igitur φ conclusionem quidem sciet ex necessitate esse, rationē vero eius: & causam nō sciet. Siquidem propositiones, per quas demonstrantur omnes: vel alteram contingat non esse. Modo hoc est impossibile, qm̄ qui ignorat rationē, non sciet. Non igitur contingit demonstrationē ex propositionibus contingentibus esse, quare ex necessarijs esse omnino necessitas est. Vnde inquit. Si. n. non est, subaudi demonstratio est ex necessarijs propositionibus: habens rationem ipsius, ꝓpter quid: existente demonstratione non sciet: subaudi quod quidē est impossibile. Addit āt existē demonstratione, qm̄ (vt Philo. inquit) aliquorum scientia esse potest, non existente demonstratione: vt dignitatū: quarū scientia esse potest, non existente demōstratione. Sed φ demonstratio sit: & non sit scientia, hoc est absurdū. Deducit autē quod dixit: exemplo: & inquit. Sit autem vtiq; vt. A. in. C. ex necessitate isit. B. vero mediū, per quod demonstratū est illud quod concluditur, & ꝑ quod propositiones generant: si non ex necessitate nō sciet pp quid. Vt verbi gratia, si quis putaret hominem ex necessitate esse aial pp hanc causam ꝗa putat hominē ambulare, aut philosophari: & syllogizet hoc pacto:




homo Philosophatur, quod Philosophatur animal est. Homo igitur animal. Quoniam medium terminum cō tingentem accipit, contingens vero, potest. & non inesse. Si igitur hoc supponatur non inesse sciet quidem φ homo ex necessitate sit aial, rationē tn̄ pp quam est animal: non sciet medio termino ablato, & sic idem et idem & sciet, & non sciet, sciet quidem per suppositionem, nō sciet autem propterea φ cōtingens acceperit ꝓpositiones, & hoc subscribit, & inquit. Non n. est hoc per medium, nam hoc quidem contingit non inesse. Est. n. contingens, quod potest non inesse. Conclusio autem necessaria est. ℂ Vnde Themistius. Siquis in homine propterea cōtineri animal credat, quia deambulat, rem quidem necessariam cognoscet: hoc est in homine contineri animal sed rationem φ animal in homine contineat, ignorat. ℂ Sed dubitabis. Primo quia propositionibus positis in figura, necesse est aliud euenire per ea, quę posita sunt, primo priorum. Igitur positis. A. de. B. & B. de C. necesse est poni. A. de. C. Igitur quouis modo sit medium, seruata figura semper conclusio erit: necessario sequens. ℂ Dici potest, φ ex contingentibus cōclusio aliqua necessario sequit̄ qm̄, nō āt pp quid necessitate simpliciter, Vt dato φ omne volans sit animal, & φ equus volet, sequit̄ necessario ex suppositione qm̄ ois equus est animal. Sed nō pp quid quia siue mediū sit, siue non, semper omnis equus est aial. ℂ Secundo quærūt Vtrū aliquo pacto contingens esse possit cā necessarij, & qua re non pp quid. ℂ Auer. sol. innuit, asserens semper ipsum pp quid esse, quo posito ponitur id cuius est. Et φ non contingit aliter se habere: & qm̄ illius est cā. Modo hęc contingenti rei non cōpetunt. Bene tn̄ cōtingens esse pōt rei necessarię causa per accidens, vt albū causa, qua homo risibilis est, valde per accidens. ℂ Tertio dubitabis: nam uulnus est cā mortis equi. constat hanc esse rem perpetuā: cū equus perpetuo remanebit mortuus. ℂ Quidam dixerunt vulnus esse causam per accidens transmutationis, quæ per se est causa perpetuę mortis. ℂ Sed hæc solutio stare non potest, qm̄ quęritur de trāsmutatione ipsa, qm̄ vel transmutatio ipsa erit cōtingēs, & tunc vt prius, res contingens cā erit rei necessarię. Sin autē est necessaria, tunc vulnus res cōtingens causa erit transmutationis, quæ est res necessaria, & sic idem quod prius. ℂ Propter hęc alij fingunt φ transmutatio sit causa necessaria, licet sit res contingens. Est. n. necessaria causa, quia ea posita ponitur mors. ℂ Et nec istud videt̄ bene dictū: quoniam si ideo transmutatio dicitur necessaria cā hypothetice, ꝗa ea posita, ponit̄ mors, etiam vulnus dicetur causa necessaria hypothetice, qm̄ eo posito: ponetur & mors, quod ipsi negant. Præterea nec videt̄ transmutatio alia a morte. Q m̄ vel mors est ipsa, priuatio: vel aliqs habitus. Si priuatio, nullā habet cām. Sin autē habitus, tunc non differt a transmutatione. ℂ Dici potest vno modo φ mors sit priuatio: & sic non habet causam nisi per absentiā: vt dicit primo physicorum, & hoc pacto Egidius respōdere videtur. ℂ Aut dici potest, vt Auerroes dixit, contingens esse causam rei necessarię per accidens. non autem propter quid, & per se.

Thems.

Dubitatio primo. c. L.

Solutio.

2. dubō.

Solutio Aueroij

3. dubiū.

Solutio aliquorū.

Cōfutatio

Alia solo.

Confutatio

Solutio Egidij.

Aue.

*Præterea si quis nunc nescit, rationem habens, & saluus est re salua, neq; oblitus his, neq; prius sciebat.*

*Amplius si aliquis nescit, nunc habens rationem, & saluus, salua re, nec oblitus, neq; prius sciuit. Corrumpatur autem utiq; medium si non sit necessarium, quare habebit quidem rationem, saluus salua re, nescit autem. Ergo nec prius sciuit.*

Com. 70. Expositio Philopo. Secundū Philo. hoc est qrtū argumentū φ demō sit ex necessarijs. Et Philo. magis ad sensum ꝙ ad verba, cō ponit rationem hoc mō, si demō sit ex contingentibus qm̄ demō nō pōt afr se hr̄e, contingens vero pōt & nō esse, si supponamus qd est cōtingēs, nō esse, accidit prius scientem neq; corruptū, neq; oblitū, neq; re ablata, non esse scientem, quod est ridiculum. Vnde dicit. ℂ Amplius

plius si aliqd nescit nūc.s. postq̃ facta est medij ablatio sequitur subaudi q̄ habēs rationē hoc est cōclusionē & saluus: salua re.s.conclusione: nec prius q̃ mediū delere tur: scierit. Vis ergo rōnis est. si medio deleto: aliqs nescit, sequit, eo: & re salua: & nō oblito, nec prius sciuisse, dicebat prius scire, ergo idēmet dicet sciēs, & nō sciens.

Verborum expositio

¶ Quo vero ad verba attinet. Tria sunt (vt Philopo. inqt) cognoscēns cognitio: & quod cognoscitur. Modo cognitio deletur: aut ipso cognoscente deleto: aut ipso cognito deleto: propterea absurdū est rōnē atq; cognitionē deleri: nec cognoscente ipso: nec re cognita delera: Quod vero id quod Arist. intulit: sequatur: Philop. ostēdit exēplo, Vtputa, Siquis syllogizaret hoc modo; hō geometrizat: quod geometrizat animal est: hō igitur aial est. Si ita syllogizans putaret demonstrationē hře: q̄ hō sit animal p hoc mediū, quod ē geometrizare, qm̄ geometrizare ex contingentibus esse supposuimus, cōtingens aūt pōt: & nō esse destruatur geometrizare, contingens.n.est quo non existente necessario: posito autē nullum sequitur impossibile. Si igitur geometrizare destruatur, accidet salua re, scilicet hoiem esse aial, & cognoscente, & nō oblito q̄ homo animal sit, non vlterius demonstratiuē scire q̄ homo aial sit. Propterea concludit. Corrūpatur autē mediū. Si fm te non sit necessariū: quare habebit quidē rationē hoc est cōclusionē q̄ hō sit aial Saluus, re quā scit: salua: nescit aūt: qm̄ causa & mediū ablatū est. Propterea sequit: q̄ nec prius sciuit. Hæc (vt mihi videtur) est Philoponi expō

1. prior. 18. et. 7. phy. 9.

Alia expō

¶ Fortasse tamē Arist. refellit vnā tacitā solutionē. Dicebat.n.quidā q̄ p mediū contingens conclusio necessaria sciri possit: vt p geometrizare: q̄ homo sit aial. Et ad rationē Aristo. q̃ prius attulit, dicebant q̄ tā diu scimus, q̃ diu medium illud sit positū inesse. cū vero deleretur: nō scimus. Cōtra ergo hanc tacitā solutionē obijcit Aristoteles: hoc mō Si nescimus ipso deleto; nec prius ipso stāte sciebamus. Vnde inquit. Siquis nūc habens rationē: & ipso medio subaudi: deleto: nescierit, sitq; saluus: salua re: nec oblitus, nec prius hoc est anteq̃ medium deleretur, sciebat. Et hoc particularius resumens, inquit. Corrumpatur autem vtiq; medium si non sit necessarium. Si.n.est necessarium: corrumpi non potest. Quare habebit quidem rationem.s.conclusionē, saluus, saluare: nesciet autem. Ergo nec prius sciuit. Hæc est secunda expositio. Tu vero melius considerabis. Nam verba hęc obscurissima sunt.

*Quod si medium non est corruptum fieri uero potest ut corrumpatur, id quod accidit, erit poßibile atq; contingens, sed ut his sciat, qui sic se habet, fieri minime potest.*

*Si uero non corruptum est, contingit autem corrumpi, quod accidit utique erit poßibile, & contingens. Sed est impoßibile sic se habentem scire.*

Com. 72. Expositio Philopo.

Hic secundū Philoponū refellit tacitā respōsionē ad argumentū proximū. dicere.n.posset q̄s demōstrationē ex cōtingentibus esse. Supponendo tn̄ saluari cōtingēs & nō destrui: modo nihil prohibet ex his, quę sunt, fieri demōstrationē. Ad hoc obuiās dicit q̄ & si nūc non dū destruat. Attn̄ cōtingit destrui eo q̄ talis sit cōtingentis natura. Et ita si nō nunc primo id acciderit absurdū: qđ qdē diximus: videlicet sciētē saluatū, et re saluata, et obliuione, nō supueniēte nō vlterius eē sciētē. ppea q̄ saluet cōtingēs: attn̄ pośe est hoc accidere post hęc: & si supponamus nūc cōtingēs nō destrui. Si igit destructo cōtigēti accidat absurdū, id inq̃: nō scit, saluata et re, & cognoscēte, & cognitiōe, neq; igit anteq̃ corrūperet cōtigēs, sciebat. Impolē.n.ē ex scire trāsmutari nō vno triū corrupto depdito q; aut cognoscēte, aut eo qđ cognoscit: aut cognitiōe. vñ igt. ¶ Si vero mediū p qđ sciebamus contīgēs exñs nō corruptū ē cōtingit āt corrūpi, ut est contingētis natura. Qđ accidit vtiq; videlicet absurdū i dictis suppōnibus, qđ qdē est scire aliqđ mox trāsmutari in nō scire neq; corrupto cognoscēte, neq; eo qđ cognoscit: neq; cognitione, erit polē & cōtingēs. Sed est implē sic se habētē scire. Ergo est implē id p qđ sciebamus eē cōtingēs. ¶ Animaduerte q̄ terminū mediū corrūpi pōt intelligi secūdū formā tm̄, hoc est fm significationē, & secundū formā & materiā, hoc est scdm sigñationē formalē & materialē (vt Sorticolę dicunt.) Verbi cā demon-

Mediū corrumpi pōt intelligi dupliciter.

Animal deambulans homo
A B C

stret animal de hoīe p illū terminū mediū qđ est deambulans dico qđ est ille terminus. B.s.deābulās corrūpit fm formā & materiā: si penitus auferat, & eius loco ponat ille terminus Phs. Nā terminus oino eēt corruptus & quo ad materiā ipsam hoc est terminū ipm, & quo ad formā, hoc est significationē. Sin āt desinat ipsum deambulās quo ad p̄sentaneā sigñationē. ita vt qđ ponebatur deābulat, nō deābulet: tūc terminus erit destructus quo ad formā: & nō quo ad materiā. Propterea Ari. obijcit: si vero nō corrūpit: sed cōtingat corrūpi ita: vt desinat esse quo ad p̄ntaneā sigñationē, absurdū qđ accidit ex dictis suppōnibus: erit polē & cōtingēs. Mō hoc ē ipolē, qm̄ ē ipolē sic se hñtē scire. ¶ Sed dubitāt. qm̄ fieri pōt: vt vna cōclo pluribus medijs demret: & ita vno illorū penitus corrupto, pōt sciri adhuc. ¶ Egidius fugiēs asserit demrōnē patissimā de q̄ loqt Arist. sumere pro medio oīa gña cāṛ ¶ Cōtra cuius solōnē Neoterici obijciūt, qa vt dr secūdo huius: p vnūqđq; genus cāę seorsū cōtingit demrari, & qdē pp qd: q̄ demrō fm Themi.ē pp qd. ¶ Propterea fingūt tot demratiuas scias fieri: quot media eē pñt & q̄ quoties mediū delet toties sciētia: q̄ ex illo medio emergebat deleret ¶ Ego vero dicerem cōclonē posse demrari medio de spē: i spēm euariato seruata tn̄ vnitate gñis: nō aūt de gñe i genus euariato, Veluti variaret de eē p̄santaneo ad eē i potētia: de cōtigēti ad necessariū: aut de necessario ad cōtigēs: & qm̄ plura illa media oīa sunt eiusdē gñis: qm̄ necessaria: & de ineē; & pp qd: iō pōt oib⁹ illis cōclo demrari. Quia vo mediū qđ erat de ineē, variat gñe a seipso, cū accipit de poli: iō cōclo illa eadē ipso deleto fm ineē nō pōt remanere. Tu vero si melius habes melius dicas. ¶ Philo. vero breuibus alr pbat demrōnē eē ex necessarijs. Nā si scire solū mō ē, qñ rē cognoscimus: & cām ipsius: & q̄ nō cōtingat alr se hře. Causę vo cōclonis ppōes sunt. Impolē igit ē ipsas alr se hře: qđ aūt ipossibile ē aliter se hře: necesse ē ita se hře: necessarias igit oportet eē syllogismi ppōnes. Verū hęc pbatio non ad verba est, vt intelligēti paret.

Dubiū

Solutio Egidij

Neoterici contra Egidiū ca. 25.

Propria solutio

*Cū igitur cōclusio necessaria ē nihil phibet mediū necessariū esse, per quod fuit probata. Fieri nāque potest ut necessarium ex*

*non necessarijs etiam concludatur. Et perinde atq; fit ut uerũ cõcludatur ex falsis. At cũ mediũ est necessariũ cõclusio quoq; necessaria est, quẽadmodũ & ex ueris infertur semp cõclusio uera.*

*Cum igitur conclusio quidem ex necessitate est, nihil prohibet medium non esse necessarium per quod demonstrata. Est.n.necessariũ & ex non necessarijs syllogizare, sicut & uerum ex non ueris. Cum autem medium ex necessitate est, & conclusio est ex necessitate, sicut ex ueris uerum ex necessitate est semper.*

Cõm.72.

Cum ostendisset nihil posse demonstrari nisi ex necessarijs, nunc vult ostendere q̄ nõ ita sit asserendum de syllogismo, nam potest ex non necessarijs necessariũ syllogizari, ex necessarijs autẽ non contingẽs, sed non nisi necessariũ syllogizari potest. Ostẽdit autem hæc de syllogismo quoniam quis posset credere (vt Philopo. inquit) Aristotelem superflue ostendisse, quæ dixit de ipsa demonstratione. Non.n. alicui dubiũ videri potest si conclusio demonstrationis sit necessaria, quin propõnes q̄ hanc concludunt, necessariæ sint. Iccirco vult nunc ostendere q̄ nõ supflue illa explanata sunt. Nam q̄ demonstratiua conclusiõ necessariã sit, omnibus patet, q̄ vero necessaria non nisi ex necessarijs demonstretur, nõ facile patet. Possibile.n. est ex nõ necessarijs necessariũ cõcludere, & quia ita est de syllogismo; ideo posset credi q̄ de demonstratione ita sit, hac de cã declarat de syllogismo non esse ita sicut de demõstratione: & assignat duas conclusiones, quarum primam ponit dicẽs. ¶ Cũ igitur conclusio ex necessitate est, nihil prohibet medium non esse necessarium, per quod demõstrata est: & accepit verbum demonstrata pro verbo syllogicata. Quod patet per hæc quæ subscribit. Est.n. necessariũ & ex non necessarijs syllogizare: Sicut & verum ex non veris est syllogizare ecce quomodo demonstrare: pro syllogizare accepit, Hęc est prima conclusio, Quod aũt ita sit: Philopo. etiam exemplo ostendit: nam si hodie pluuia est: pluuia existente. Cœlum mouetur: hodie igitur cœlum mouetur: sic syllogizando, cõcluditur necessaria conclusio, nõ tñ ex necessarijs propositionibus. q̄ etiã ex non veris: verum concludatur, patet hoc exemplo, quia sequitur. Hõ lapis, lapis subã, hõ igitur substantia. Hæc de prima conclusione. Deinde ponit secundã, & inquit. Cũ autẽ medium ex necessitate est, ita vt propositiones sint necessariæ, & conclusio est ex necessitate, quod probat argumento accepto ab ipso vero, & inqt. Sicut verũ ex veris ex necessitate ẽ semper. Quare sicut ex veris non nisi verũ: ita ex necessarijs, non nisi necessariũ. ¶ Ex his Philo. infert, q̄ qñ verũ ex non veris & necessariũ ex non necessarijs concluditur, non pp̄ propõnem naturã conclusionẽ concludi asserimus, sed pp̄ talẽ extremorum inter se habitudinem. Non.n. quia nũc pluit, cœlum mouetur. Nec quia homo est lapis est substantia: sed hęc accidunt pp̄ figurã. At vbi propõnes necessariæ sunt, conclusio erit necessaria, & pp̄ propositiones, & pp̄ figurã. Si.n homo ex necessitate animal ẽ; & animal ex necessitate substãtia, necesse profecto est: & hominẽ substantiã esse. Hinc fit, vt ex necessarijs non nisi necessariũ sequatur. Qm̃ & pp̄ figuram, & propter propõnes necessariũ sequit̃. Infert secundo q̄ contigẽs cõtrario mõ se hẽt cũ necessario. Nã propõnibus cõtigẽtibus exñtibus: põt conclõ cõtingens: & non contingẽs seq̃, at propõnibus exñtibus necessarijs: cõclõ solũ necessaria erit ¶ Mouet Philo. hic dubõnẽ, qm̃ ex definitione syllĩ sequit̃ q̄ omnis conclõ necessaria sit. Est.n. syllĩ oẽo, in qua q̄busdã positis, alterum quid a positis necessario accidit: & sic velle videtur q̄ ois conclusio sit necessaria. Ex his vero, quæ hic dicit, velle videtur q̄ conclusiones aliquę sint contingentes. ¶ Respõdet Phi. esse, differentiam inter ex necessitate aliquid accidere, & conclõnẽ esse necessariã. Dicitur.n. conclõ necessaria, q̄ s̃m sui naturã semper eodẽ mõ se habet. Conclusio vero necessario accidit: quo aliquo vel aliq̄bus suppositis, ex necessitate sequitur. Et sic ad formã dicendũ oẽm cõclusionẽ esse necessariã necessitate suppositionis, hoc est q̄busdam positis, non autẽ simpliciter, hoc est s̃m sui naturã. ¶ Dubitant Iuniores, qm̃ conclusio debet esse similis alicui propositionũ: vt in prioribus: modo ubi cõclusio sit necessaria, & propositiones non necessariæ, nulli illarum erit similis. ¶ Quidam dixerunt uerbum Philosophi verum esse in prima figura tantum, & in illa solum quo ad qualitatem: & quãtitatẽ. ¶ Sed ambigua videtur hæc solutio. Nam quantitas semper sequitur minorem extremitatem: qualitas vero maiorem. Præterea Ari. & Auer. vtuntur illa. 1. priorum. In mistione necessarij & inesse. Volentes q̄ ex maiore necessaria, minore vero de inesse conclusio sit necessaria, qm̃ debet alteri propositionũ assimilari. Igitur est vera in omnibus. ¶ Quare dicendum regulã esse veram in omnibus figuris, & in omnibus syllogismis: modo Syllogismi cõclusio non necessario sequatur propter figurã tantum, Sed etiam propter propositiones. Sicut non est in proposito. Nã ex non necessarijs sequitur necessarium pp̄ figuram tantum, & non propter ꝑpositiones: & ex falsis verum iterum necessario sequitur, non propter propositiones, sed propter figuram tantum, ideo conclusio non debet esse similis alicui propositionum in talibus.

Expositio Philopo.

Corolla 1. Philopo.

Secundũ.

Dubõ Philopo.

1. priorũ. 1. Respon.

Differentia inter ex necessitate aliquid accidere et conclusionem necessariã.


Dubitatio Iuniorum 1. prior. 17. & 29. Solutio aliquorum.

Qualis solutio. Cap 15.

Propria solutio.

*Nam tam.a.ipsi.b.quam.b.ipsi.c.necessario competat. Igitur & .a.necesse est ipsi competere.c.*

*Sit enim.a.de.b.ex necessitate. Et hoc de.c.necessarium igitur & .a.ipsi.c.inesse.*




Com. 73.

Cũ accepisset sc̃dam cõclõnẽ: videlicet q̄ ex necessarijs nõ nisi necessariũ syllogizet̃, nũc eã ꝓbat p̄ dictum de oi: cũ.n. dici de oi sit, quãdo nihil ẽ sumere sub subiecto, de quo nõ p̄dicet̃ p̄dicatũ, sequitur q̄ si. A. de. B. omni ex necessitate prædicetur: & iterũ. B. de. C. ex necessitate necessarium erit & A. ipsi. c. ex necessitate inesse. ¶ Alij probarunt per illam dignitatem, quando ad antecedens esse sequitur consequens esse, idem cõsequens sequitur ad idem antecedens eadem conditione addita vtrique nec diminuente, nec distrahente. Vt si ad. A.B. & .B.C. necessario sequitur. A.C. ipso necessario addito vtriq; idem sequetur. Hæc de secunda conclusione.

Alia probatio.

*Verum fieri nequit ut cum conclusio non est necessaria, medium necessarij subeat rationẽ. Insit enim .a non necessario ipsi.c. Si igitur .a.ipsi.b.b.ipsi.c.competere necessario dixeris, & .a.profecto ipsi.c.competere necessario concedas oportet. At ipsi competere non eo pacto supponebatur.*

¶ Sed

A necef. B necef. C




*Sed cum non ex necessitate fit conclusio,neq; medium necessarium esse possibile est. Sit enim. A.in.C.non ex necessitate inesse. In.B.autem.A.& hoc in.C.necessitate,& .A ergo in.C.ex necessitate erit. Sed non esse supponebatur.*

Com.74. Cum demonstrasset q̄ si propositiones sint necessariæ conclusio debeat esse necessaria:nūc q̄si couertit sermonem,& demōstrat q̄ si conclusio non sit necessaria, neq; medium necessariū esse posit.& hoc proponit, & inquit. ¶ Sed cum non ex necessitate fit conclusio neq; medium necessarium esse possibile est. Non enim esse potest contingens conclusio: & propositiones necessariæ,& hoc iterum probat p principium regulatiuū, qd est dici de omni,& inquit. Sit.A.in.C.non ex necessitate inesse,hoc est sit hoc conclusio cōtingit oē.C.esse.A. in.B.autem insit.A. & hoc scilicet.B. iterum in.C. insit ex necessitate:ergo subaudi per dici de omni in.C.erit ex necessitate.A.si enim.A necessario ipsi.B.inest,& ipsum.B.necessario ipsi.C.etiam. A.inerit necessario ipsi.

I prior.6.1. C.Est enim de omni dici quando nihil est sub subiecto sumere,de quo non prædicetur prædicatum eadem cōditione addita vtrique nec diminuēte,nec distrahente. Sed non esse necessarium. A.in.C.supponebatur. Ergo deductione ad oppositum patet non esse cōclusionem non necessariam,& propositiones necessarias.

*Cum igitur id quod demonstratiue quispiam scit necessarium oportet esse,constat per medium quoque necessarium demonstrationem eius illum habere oportere, uel nescit illud profecto, aut propter quid est necessario,aut esse, sed aut arbitrabitur se scire nesciens,si putauerit ut necessarium,id quod non est necessarium; aut nec arbitratur æquo discrimine sane, siue esse per media, siue propter quid est,& per medijs uscantia sciuerit.*

Tex.18. *Quoniā igitur si scit demōstratiue,oportet ex necessitate inesse patet,q; & per mediū necessarium oportet habere demonstrationem. Aut non sciet, neq; propter quid,neq; quia necesse sit illud esse. Sed aut opinabitur non sciens si assumat,ut necessarium, non necessariū. Aut neq; opinabitur eodem modo:siue ipsum quia sciuerit per media,siue ipsum propter quid,et per immediata.*

Comt. 75. Philopo. Hic(vt Philopon. placet(Arist. epilogat:Sed in epilogādo addit quasdam disiunctiones non inutiles. Epilogando autem inquit. ¶ Quoniā igitur si scit demōstratiue subaudi aliquā conclusionē oportet ex necessitate inesse.s.prædicatum eius in illius subiecto:patet q̄ & p medium necessariū:& propositiones necessarias oportet habere demonstrationē. Quoniam(vt diximus)necessarium nō demonstratur,nisi ex necessarijs. Hæc de epilogo,postea subscribit vnā disiunctiuā & dicit: Aut subaudi, si propositiones cōtingentes fuerint,& syllogizator scierit esse contingentes,nō sciet dicere que propter quid,neq; quia necesse sit illud eē:neq; subaudi opinabitur se scire.Deide addit & aliā disiunctiuā: & inquit: Sed aut subaudi si assumat mediū vt necessarium:quod reuera nō est necessarium,& propositiones vt necessarias eē putat quæ reuera sunt cōtigentes:opinabitur se scire syllogizator.quia vel propter quid: nō sciens reuera. ¶ Et dixit neq; ,ppter qd neq; qa:vt Philoponus & Themistius adnotarūt: quia syllogismorum alij ipsum quia syllogizant,alij ipsum,propter quid. Et eorum:qui ipsum quia syllogizant, alij quidem sunt ex immediatis propositiōibus,alij uero:ex mediatis. Simili ratione,& eorum: qui ipsum propter quid syllogizant, alij ex immediatis propositionibus,alij uero ex mediatis probant. Exempla ponit Philopo. Nam hic syllogismus per mediata quia probat,Luna umbram non facit: vmbram non faciens deficit. Luna igitur deficit. Hic uero per immediata, Luna existēs in plenilunio vmbram non facit. Vmbrā nō faciens in plenilunio deficit: Luna igit deficit. Sillogismus vero propter quid immediata est,luna per diametrū ē soli. Per diametrū vero existēs deficit,luna igitur deficit. Hic p immediata. Luna p diametrum soli existens superatur a terra. Quod superat a terra deficit,luna igitur deficit. Dixit ergo neq; propter quid neq; quia:quī duplex sylls est:vt patet. Subscribit tertiā disiunctiuā:& intellige sic, Aut si propōnes sint cōtingentes:& ipse syllogizator scierit esse contingentes: neq; opinabit eodem mō neq; subaudi sciet. Dico neq; scierit,siue ipsum qa scierit per media:siue ipsum pp qd syllogizet & p immediata. Et accepit(vt mihi vr) sciuerit,pro syllogizauerit,vt sit sensus: siue ipsum qa sciuerit:hoc ē syllogizauerit p media, hoc ē ,ppōnes mediatas,siue subaudi imediatas: siue subaudi syllogizauerit ipsum pp quid & p immediata: siue p mediata, vtroq; modo,neq; scit,neq; opinat se scire,& hoc qa p contingentes propositiones syllogizat, quas contingētes esse nouit. Cōcidit āt hæc tertia disiunctiua cum prima. Nā licet aliquo modo verbis differat:tñ in substantia concidit cū prima. Vnde diuisio est:q syllogizat necessariū p propositiones cōtingentes:aut nouit q̄ propōnes sint contingentes: & sic neq; scit:neq; opinatur se scire. Aut non nouit eas esse contingentes, sed putat esse necessarias,& sic non scit,opinatur tamen se scire,hæc de epilogo,& de disiunctiuis additis,quæ additæ sunt ad uberiorem doctrinam:non autem ad necessitatem.

*Accidentium autem non per se eo modo quo determinata sunt ea quæ per se competunt,non est demonstratiua scientia Non.n. fit ut necessario conclusio demonstretur, Fit enim ut accidens ipsum non insit, de tali nanq; accidente loquor.*

*Accidentium vero non per se quo modo determinata sunt ea quæ sunt per se,non est scientia demōstratiua. Non enim est ex necessitate demonstrare conclusionem. Accidens enim contingit nō esse. De tali enim dico accidente.*

Cum declarasset q̄ demonstratio & necessaria sit, & ex necessarijs propōnibus:& ex his:quę sunt per se,quoniam secundus modus eorū,quę sunt per se(ut Philop. inquit.)Ad inseparabilia accidentia reducebatur, ne qs ex hoc putaret vniuersaliter inseparabile accidens demonstrationē habere,nunc determinat id ipsum,& ostē dit q̄ non est simpliciter omnium accidentiū inseparabilium demōstratio,licet semper subiecto insit, sed solū quæ per se subiectis insunt. & hoc proponit, & inquit. ¶ Accidentiū autem non per se,quomodo determinata sunt ea quę sunt p se:hoc est. accidentium āt non per se:quæ cōtra distinguuntur accidētibus per se dico quo modo determinata sunt ea,quæ sunt p se: qm̄ pluribus modis q̄ dictū sit:per se accipit. Sed in ,ppolito loquor

Quare dixit neque ppt qd neque quia Themi. & Philopo.

Comt.76. Continuatio

de accidente, quod non est per se, modo quo accepimus ipsum per se. Horũ inq̃ accidentiũ nõ per se: nõ est sciẽtia demõstratiua, nec de his ẽ demõ̃atio. Sed solũ illorũ, quæ subiectis insunt per se. Probat hoc, & inqr. Non.n. est ex necessitate demonstrare conclõnẽ hoc est. Dicõ illorũ non esse demonstrationẽ: qm̃ conclusio: quę ex illis cõficeretur, nõ esset necessaria, nec ex ꝓpositionibus necessarijs demõstrabilis: & causam assignat: & dicit. Accidens.n. ex quo subaudi conclusio cõstaret. Contingit non esse in subiecto subaudi, cui iseparabiliter inest. Nã (vt inquit) de tali subiecto dico quod est iseparabiliter subiecto existens: & contingit illi non inesse. Et ita conclusio quę ex illo constaret, nequaq̃ necessaria erit: nec ex necessarijs demõstrabilis. ❡ Sed dubitares, nã si accidẽs huiusmodi iseparabiliter subiecto inest, semp inest. Q̃d semp inest: nõ põt non inesse, q̃d non põt nõ inesse, necessario inest. Quare si iseparabiliter inest, necessario inest. Et ita talis cõclusio cũ sit necessaria: erit demõstrabilis. ❡ Philopo. dicit: ꝙ licet hæc accidẽtia re ab eorũ subiectis substantijs separari non possint: intentione ac itellectu separari possunt, qm̃ et coruus, et ęthiops põt albus intelligi: eorũ substantia non læsa: sed permanente. Et hoc ideo, quia nõ determinatę et uni naturę inest. Nã nigredo põt & coruis, & equis idifferẽter inesse. ❡ Et aliter respondet Philo. & inquit. Et si æthiopi & coruo inseparabiliter nigredo isit: attamẽ alijs inesse & abesse p naturã apta est: & qa horũ natura cõtingẽs ẽ & nõ p se rebus iexistens, demonstratio taliũ nõ est: qm̃ nõ est possibile demr̃are ex necessitate, & p se p̃dicatũ accñs inesse subiecto substantiæ. ❡ Vnde The. innuit duplicia esse accidentia. Alia quidẽ separabilia. Alia uero inseparabilia. Et inseparabiliũ alia asserit subiectis p se inesse: quæcunq̃ ẽm eorũ naturã subiectũ determinatũ sibi limitãt, vt risibile hominẽ, & nihil aliud, & rudibile asinũ: & nulli aliũ. Aliã ãt p accñs, quę licet aliquibus insit inseparabiliter, non tñ ẽm ipsorum accidentiũ naturã illis insunt, nec oĩbus quibus insunt necessario insunt. Sed potius secũdũ naturã eorũ, qbus isunt: inesse necessario vident.

Dubiũ.

Solutio Philopo.

Alia solu. Philopo.

Quæ the. 1. huius. Cap. 15. Accñs sũt duplicia.

*Quanquam fortasse quispiam dubitabit cuius nam gratia de his hæc interrogare oportet, si non necesse est cõclusionẽ esse. Nihil n. refert si quispiã quæuis interrogãs, dicat deinde cõclusionẽ.*

*Et tamen ambiget utiq; quis fortasse. Cuius causa hæc oportet interrogare de his, Si non necesse est conclusionem esse. Nihil enim differt siquis interrogatus contingentia, postea dicat conclusionem.*

Cõmẽ. 77. Dictũ est ex contingentibus nõ posse fieri demõstrationẽ, quia ex non necessarijs non concluditur necessarium, Propterea quærit: qua de causa de contingẽtibus interrogatio dialectica fit. Frustra enim videtur fieri, nõ enim interrogatio fieri videt, nisi vt ex illius altera parte præconcessa opponens syllogizet cõclusionẽ necessariã. At cum ex contingentibus cõclusio necessaria non deducat. Ergo frustra de contingentibus interrogatio fieri videt. Vnde dicit. ❡ Licet ex contingentibus non demr̃etur conclusio necessaria. Ambiget tñ & vtiq; q̃spiam fortasse, cuius causa hæc. s. cõtigẽtes propositiones oportet interrogare de his, hoc est de cõclusionibus necessarijs, Si nõ necesse est ex illis conclusionem esse. Frustra enim videtur interrogare, cuius causam assignat, & inquit. Nihil. n. differt siquis contingentia interrogatus, postea dicat conclusionẽ, qm̃ siue interrogatus, siue nõ, nunq̃ cõsensu dato: cõclusio erit necessaria. Ergo frustra interrogatio fit. ❡ Quo vero ad uerba attinet. Animaduerte, ꝙ interrogatio dialectica, fit proprie de probabilibus. Probabile ãt est aliqñ necessariũ, aliqñ contingens, aliqñ verũ, aliqñ falsum. Multa enim falsa veris, & multa cõtingentia, n ecessarijs ꝓbabiliora sunt, vt dicit in topicis. Ideo interrogatio fieri põt & de cõtigẽtibus, & de necessarijs, & de alijs, mõ sint ꝓbabilia. Propterea uis rõnis Aristotelis est, ꝙ si ex cõtingentibus non concludit necessaria conclusio, frustra de cõtingẽtibus fierẽt interrogationes dialecticę. ❡ Philoponus vero aliter textũ inducit, dicit. n. qm̃ dixit accñtium non esse demr̃onem: nec ut ex quibus, nec vt de quibus, cũ accidẽtia cõtingẽtia sint, quęrit si non contingit accidentiũ demonstrationẽ fieri. Propterea quia ex his, quæ aliter se habere possunt, non ex necessitate sequit cõclusio. Cur ꝓducimus ꝓpões ab accñtibus, & syllogizamus, & asserimus ex talibus ꝓpõnibus necessario cõclusiones seq: cũ sit ostẽsum ex non necessarijs non sequi necessariũ. Et tũc Philoponus interrogare pro producere intellexit. q. d. cum ex accidentibus, q̃ eadẽ contingentia sunt non sequatur necessaria conclusio: Cur hæc. s. ꝓpões oportet interrogare, hoc est ꝓducere de his: hoc est ex his contingẽtibus, vt necessarias cõclusiones inferamus. ❡ Melius ãt expositũ est: vt diximus. Nã subscribens inquit. Nihil. n. differt siquis cõtingentia interrogatus, posi ea dicat conclusionẽ, qm̃ quauis parte consensu dato, nunq̃ necessaria dabitur cõclusio, & hoc si ex non necessarijs necessarium nõ deducatur. Nam quiuis consensus contingens est. Ecce quo mõ per interrogare nõ ꝓducere intellexit, sed iterrogare, ut verbũ iacet. Hæc de dubõne.

Verborum expositio

Expositio Philopo.

*At enim interrogare oportet non ut per interrogata necessarium quicquã sequatur, sed quia dicere necesse est et qui illa dicit & uere dicere si competant uere.*

*Oportet autem interrogare, non ut necessarium sit propter interrogata, Sed quod dicere necessarium sit, illa dicenti. & uere dicere, si uere sint quæ insunt.*

Rñdet Aris. ad dubõnẽ, & asserit interrogationẽ non fieri frustra in cõtingẽtibus propõnibus, qm̃ interrogatio non fit: vt ex consensu dato deducat cõclusio necessario necessitate cõsequentis: Sed necessitate cõsequentiæ, q̃ est necessitas suppõnis: Vnde iquit. ❡ Oportet ãt interrogare. s. in propõnibus contingẽtibus, & accipere rñdẽtis consensum, Nõ (vt necessariũ sit) q̃d infert ex cõsensu dato pp interrogata hoc est, vt conclusio necessario deducat necessitate cõsequẽtis: quę ẽ necessitas simpliciter. Sed interrogare oportet eo ꝙ dicere hoc deducare necessariũ sit illa interrogata dicẽti: hoc est illis interrogatis cõcessis, & vere dicere hoc ẽ & vere deducere. Si vere sunt, q̃ insunt: hoc est, & vere deducere: Si vera sunt, q̃ concedunt. Si igitur interrogatio non est frustra, qm̃ licet non fiat, vt conclusio necessario sequat necessitate simpliciter: quę est necessitas cõsequẽtis, facta pp propositionũ necessitatem: fit tamen, vt conclusio sequatur necessario necessitate consequentiæ, q̃ est necessitas suppõnis. ❡ Sed videt ꝙ in demõstratiuis fiant interrogationes: nã (vt in Elẽchis dicit) disputatio quadruplex est doctrinalis, quo demonstratiua est, Dialectica: Tentatiua: & Sophistica, Omnis autem disputatio per interrogationẽ perficitur. ergo in demonstratiuis erunt interrogationes. ❡ Dicẽdũ interrogationẽ fieri aliquãdo ad

Cõmẽ. 78.

Dubitatio 2. elẽc. c. 2.

Solutio

Interrogatio fit dupliciter.

do,ad accipiendũ respondentis cõsensum, Aliqñ ad intelligendũ terminos,vt ex illis propõ intelligatur. Primo mõ fit in Dialecticis:nõ autẽ in demonstratiuis:nam propositiones demr̃atiuę sunt(vt Them.inquit) Suapte natura verę,& necessarię,ac per se cõcessę. Scdo modo fieri põt in oibus,nam demr̃onũ ꝓpositiones sunt principia. Principia vero intelligunt̃ ex terminorũ intellectu,& sic fieri põt in ipsis interrogatio,vt termini intelligantur quibus intellectis etiam principia intelliguntur.

*Cum igitur ea quæ per se insunt necessario circa unũquodq; competant genus,& ut tale est quodq;. patet demonstrationes ipsas scientiarum effectrices, de his esse quæ per se competunt, & ex talibus extrui atq; constare.*

Tex.19.

*Quoniã autẽ ex necessitate sunt circa unũquodq; genus,quæ cũq; p se sunt,et quatenus unũquodq;. Manifestũ ẽ quoniã de his, quæ sunt p se scientificæ demonstrationes sunt,et ex talibus sunt.*

Cõmẽ.79. Causa cur Aris.repetat idem. Lmeonien. Cõfutatio;

Videt̃ hoc in loco eadẽ dicere Phs,q̃ sup us dixit,nã dicit ꝙ nõ cõtingat demõstrationẽ ex ꝓpõnibus contingẽtibus esse,& vtit̃ eisdẽ rõnibus. Cur vero hoc faciat. ¶ Grossate.cãm asignãs,asserit hoc factũ esse: vt oñdat primũ medio. Mediũ ãt postremo ſm ipm iesse. ¶ Quę cã non vr̃ bene asignata, Nã apud Aris.p se: & ſm qd ipsum idẽ. Et sic non potest per id qd est per se, demonstrari id quod est ſm quod ipsum, nisi idem in sui ipsius

Quid neoterici.

demr̃atione sumeretur. ¶ Neoterici declarãt repetitionem non esse inutilẽ,ex eo quia primo probauit demõstrationẽ esse ex his,& de his q̃ sunt p se ex medio qd ẽ necessariũ. Hic ꝓbat ex medio quod est necessariũ ad genus ꝓblematis cõtractũ. Et sic idẽ probat diuersis rõnibus,quare non incassa est repetitio. ¶ Sed licet declarẽt

Refutatio.

nõ inutilẽ esse repetitionẽ, non sufficienter repetitionis

Philopo.

cãm asignãt. ¶ Philo.autẽ non incassum hoc repetere Arist.asignat,qm̃ Arist.vult hinc nos docere ꝙ oporteat demr̃ationis ꝓpõnes ex his ꝓprijs sumere, q̃ scdm vnumquodq; genus sunt, circa qd est problema,& non demr̃are aliquod Geometricũ Theorema ex Arithmeticis ꝓpõnibus,ecce cãm repetitionis, quã Phil.pulchre asignauit. Scdm ergo Philop.Aris.iterũ declarat ꝙ demonstrationes sint ex his,quæ sunt p se,& ex his q̃ sunt necessaria nõ simpliciter,sed ex his, quę sunt necessaria circa vnũquodq; genus, quatenus genus illud tale est: et hoc inquit. ¶ Qm̃ ãt quæcunq; p se sunt,ex necessitate sunt circa vnũquodq; genus,& q̃tenus vnũquodq;.s. genus tale est,& subaudi & quęcunq; necessaria sunt circa vnũquodq; genus p se sunt:eadẽ.n.sunt & q̃ p se,& q̃ necessaria ad genus cõtracta. Ex his infert qd intẽdit, & inq̃t. Manifestũ ẽ,qm̃ de his,quę sunt p se,& de talibus,q̃ sunt p se sciẽtificę demr̃ones sunt. ¶ Est ergo Enthyme

Enthymema text.

ma,q̃ p se sunt,& q̃ necessaria ad genus cõtracta, eadem omnino sunt,ergo demr̃o est ex his,& de his, q̃ sunt p se,& necessaria ad genus cõtracta,ex his dico:ut ex propõnibus,de his vero,vt de cõcl̃onibus. Siquis aũt vult: põt syllm̃ sic cõficere. Ex necessarijs ad genus contractis demr̃ationes sunt,q̃ per se sunt,necessaria sunt ad genus contractã. Ex his ergo,quæ p se sunt, demonstrationes

Verborum expositio.

sunt. ¶ Quo vero ad uerba attinet Aristoteles hic p genus non prædicamentariũ genus intelligit. Sed genus scientiæ veluti mathematicum vel physicũ: & non qdẽ genus sciæ absolutę,sed vt tale,vtputa mathematicum, quod est geometricũ vel arithmeticũ. Non.n.conclusio geometrica satis est,ut demonstretur ex ꝓpositionibus mathematicis,sed oportet vt demonstretur ex his propositionibus mathematicis,quæ contracta sunt ad geometricũ genus. Propterea dixit quæ per se sunt esse necessaria circa vnũquodq; genus,& quatenus tale, cuius & qualis est Theorema,quod ex illis demonstratur.

*Accidentia namq; non sunt necessaria. Quare non fit ut necessario sciatur conclusio propter quid est.*

*Accidentia enim non necessaria sunt. Quare non necesse est conclusionem scire propter quid sit.*

Conclusio ꝙ demonstratio fit ex his:quę sunt p se:& hoc,quia necessaria ad genus contracta:& quę p se sunt eadem sunt. At nũc idem probat ex eo quod est oppositum ad p se:hoc pacto ex accñtibus nõ est necesse scire ꝓp quid ergo demr̃atio nõ est ex accñtibus,cũ igitur nõ fit ex his,quæ per accñs:sunt ergo demr̃o est ex his, quæ per se sunt. Et tunc verbum enim potius confirmatiuum est:vt legatur.n.pro præterea hoc modo. ¶ Præterea Accidentia nõ necessaria sunt. Nã (vt Philpo.inquit) quæ per accñs insunt:contingunt non inesse. Quare:vt inquit, Non necesse est scire ex his cõclusionẽ ꝓpter quid. Et ita ex his:quæ sunt per accidens, demonstratio non constat: ꝙ si ex his, quæ per accidens sunt, demonstratio non constat, constabit profecto ex his, quę per se sunt:quod est intentum. Cõmẽ. 80.

*Neq; si sit semper, non autẽ sit per se. Quod ita esse declarant hæ ratiocinationum quæ per signa conficiuntur. Id enim quod est per se,non per se quisquam sciet,neq; propter quid est. Scire autem propter quid est,nihil aliud est quam per causam scire.*

*Neq; si semper sint,non per se autem. Vt sunt per signa syllogismi: Hoc enim per se est:non per se sciet. Neq; propter quid. Nam propter quid scire: est per causam scire.*

Ampliat quod dixit, Dixit.n.ex his, q̃ per accidens sunt:nos nihil posse scire, Ampliat ergo nunc hoc,& inquit. ¶ Neq; si semper sint accidẽtia ipsa, non per se ãt ex his fieri potest demonstratio. Huius autẽ exemplum ponit:& inquit, Vt sunt per signa syllogismi, qui quidẽ causas ex causatis syllogizant:vtputa. Luna diuersimode illuminatur. Quod diuersimode illuminatur est sphęricum. Luna igitur est sphærica. Diuersimode illuminari effectus est,causa vero eius est sphæricũ esse. Vult igitur ꝙ nec accidentia,quę semper insunt subiectis, faciãt per se scire. Cuius rationem affert,& inquit. Hoc enim per se est,utputa Luna est sphærica, non tamen qui hoc syllogizat ex diuersis illuminationibus Lunę,p se sciet; Neq; propter quid quod idem est. Cuius cãm affert:& dicit. Nam propter quid scire,& per se scire,est per causam scire,vt superius dictum est. Modo diuersimode illuminari est accidens,ac Lunæ sphærice effectus. Vnde fit(vt sit scire per accidens) vt superius dictum est. Cõmẽ. 81. Supra comment. 21.

*Per se ergo tertio medium: & medio primo esse oportet.*

*Per ipsũ igitur oportet & mediũ tertio:et primũ medio iesse.*

Ex his omnibus quę dicta sunt: cõcludit Aristoteles ꝙ oporteat medium tertio per se inesse,& primũ et medio. Si.n.primum tertio ex necessitate inest, inest aũt p medium,oportet igitur mediũ tertio quidẽ per se inesse:primo vero subijci,ut ita per ipsum etiam primũ demonstretur per se inesse tertio. ¶ Quo vero ad verba attinet:p primũ extremitatem maiorem,& per tertium minorem intelligit,& proprie in prima figura. Quia in alijs figuris, aut non fit demonstratio: aut non propter quid. Per ipsum vero,p se itelligit,vt sit sensus ex his, q̃ Cõmẽ. 82. Verborum expositio.

dicta sunt, sequi primũ inesse medio p se : & mediũ p se tertio. Tu vero nõ eodẽ mõ per se, semper intelligas. vt
Corolla 1. superius pulchre ẽ dilucidatũ. ❡ Ex his q̃ dicta sunt: patet primo ꝙ nullũ causatũ facit scire cãm p se: qm̃ oẽ causatũ est accidẽs suæ cãę, mõ per id qd̃ est accidẽs, nihil p
2. Corolla. Tex. 5. se scitur. ❡ Accedit ꝙ scire per se, & scire propter quid idem est. Dixit. n. Arist. superius ꝙ scire per accidẽs est scire sophistico modo, asserens per se scire & pp qd scire idẽ esse. ❡ Prętera. Scd̃m The. & Philo. scire per se: et scire pp quid, & scire simpliciter idẽ est. ❡ Auer. tñ asserit scire simpliciter esse quoties p mediũ scimus, qd̃ est nobis, & naturæ notũ, vt i Mathematicis. Scire vero pp quid est scire per cãm, q̃ est nota naturę: nobis uero iuenta ex effectu, qui per ipsam demonstratur.
Dubõ. ❡ Sed q̃res
Rñ. Them. et Philopo. vtrũ aliquod accidens posit esse necessariũ. ❡ Themi. & Philopo. superius non semel dixerunt aliquod accidens posse esse necessariũ: & sempiternũ, nõ tamẽ simplr necessariũ, aut simplr sempiternũ, Sed s̃m quid vt candidũ accidens est necessariũ ad hęc, vtputa ad cygnum, niuẽ, & id genus. non ãt simpliciter ad omnia. Præterea. Albũ ad niuẽ. est sempiternum, non tñ ad omnia, cũ sit
Alia dubõ parieti cõtingens. ❡ Sed tunc dubitant an oẽ accidens ꝓpriũ subiectũ habeat? Hoc est vtrum aliquod accidẽs posit esse proprium uni subiecto: & cõe alteri subiecto.
Solutio Recentiorum. ❡ Recẽtiores de Auer. decreto affirmant oẽ accidẽs esse ꝓpriũ alicui. veluti albũ, parieti quidẽ cõe ẽ Diaphano autẽ terminato proprium est. Cui opinioni id consonum esse videtur, quod Aristo. in physicis asserit. ꝙ omne per accidens ad per se reducat. Præterea. omne accidens quod per se cãm in subiecto habet, est illi propriũ: At nullũ est accidens, quin habeat propriã causam in su
Opini. aliquorum. biecto. ❡ Alij tenẽt oppositũ: asserunt. n. accidentia alia esse per se, quę propria esse affirmant. Alia per accidẽs: quæ cõmunia: & quidẽ pluribus rõnibus: Prima quidẽ:
1. rõ sua. qm̃ contingens respectu vnius non potest esse necessariũ respectu alterius, vt. 1. physicæ auscultationis, inquit
Cõmẽ. 48. 2. ratio. Auer. ❡ Secunda vero: qm̃ hoc concesso, semper ad alicuius accidentis corruptionẽ, aliqua substantia corrumperetur. Cuius contrariũ uidetur asserere Arist. eo libel
3. ratio. lo, quẽ de longitudine, & breuitate vitę inscripsit ❡ Prętera. & tertia rõne idẽ ꝓbant. ꝙ nullũ oppositũ de suo opposito pręedicabit. Accidẽs autẽ p accidens est oppositũ accidenti per se, Igitur nõ põt respectu alicuius esse
4. ratio. per se. ❡ Quarta deniq; ratione, qm̃ omne accidẽs propriũ est per se : omne per se simplr necessariũ ( vt Themi. placet): & sic omne accidẽs per accidẽs esset simpli
Nota hæc citer necessariũ. ❡ Animaduerte ꝓ dilucidatione, ꝙ res & cã sic cõbinãtur: nã aliqua est res necessaria, & cã contingens, vt cœlestis calor res quidẽ necessaria est: aialiũ ãt & stirpiũ, causa per accidẽs. Aliqua est res necessaria: & cã necessaria, vt cœlestis densitudo res quidẽ necessaria est, causa etiã necessaria lucis. Aliqua est cõtingẽs, & cã contingens: vt cursus, qui res cõtingẽns est: & sanitatis causa contingens. Aliqua vero contingẽs, & cã necessaria. vt distẽperantia humorũ res quidẽ contingens est, mortis vero cã necessaria. ❡ Præterea. Aiaduerte ꝙ subiectũ aliqñ apud Philosophos pro materia, cui accidẽs inhæret, accipitur. Et sic substantia accidentiũ subiectũ dicit. Aliquãdo ꝓ. causa, & hoc pacto phãtasma Auer. 3. lib. de anima subiectum intellectionis vocat, nã phan
Cõmẽ. 5. tasma cã est intellectionis. ❡ Tũc dicẽdũ has opiniones conciliando: ꝙ non sit aliquod subiectũ in rerũ natura: quin habeat propriũ subm̃, accipiẽdo subiectũ ꝓ causa, quę sit illius necessaria cã aliquo mõ dictorũ. Et sic forrasse primi intellexerunt. At si subiectũ intelligat ꝓ materia, cui accñs inhæret. Sic non oẽ accidens proprium subiectũ habet, vt rationes concludunt. Et sic fortasse secũdi intellexerũt, tu vero si melius habes melius dicas. Conciliatio primæ opinionis cũ secunda.

*Non igitur fieri potest ut ex alio genere quisquam in aliud transiens quicquam demonstret, ueluti conclusionem geometricam, arithmetica demonstratione.*

*Non igitur est ex alio genere transeuntem, demonstrare, utputa geometricum, arithmetica.* Text. 20.

Iuniores asserũt nunc Arist. velle demr̃are: ꝙ demonstratio non ex extraneis, sed ex proprijs constet. Philopo. vero sic textũ introducit: ꝙ cũ Aris. demõstrasset ꝙ demr̃atio & necessaria sit, & ex necessarijs, & ꝙ sola q̃ per se sunt, necessaria sint, nunc corollariũ concludit. Et corollarium s̃m eũ est hoc: ꝙ non contingit demonstrationes, quę alteri cuipiã scientię conueniunt, cõuenire in alia, hoc est (vt exponit) ꝙ nõ possibile est demr̃onẽ, q̃ demõstrauimus geometricum aliquod theorema: ea ipsa Arithmeticũ demõstrare. Clarius autẽ corollariũ est hoc, quod non sit possibile vt conclusio sit vnius generis: & propositiones alterius: utputa cõclusio sit geometrica, & propõnes, ex quibus demonstratio constat, quę illã demonstrat, sint arithmeticæ. Et hoc inquit. Non igr̃ est ex alio genere transeuntem: demõstrare, vtputa, geometricũ. Theorema arithmetica demõstratione. Com. 83. Intentio Aristot. s̃m Iuniores. Introductio Philo.

mon non habet. Aliud vero qđ habet qdē, sed male, vt
carmen dicimus Arrythmon, ꝙ praui Rythmi sit. Eodē
mō & ingeometricū, aut quod penitus est in negatione
geometriæ. Aut quod male, & in sciēter cōplexū sit. Ta
lia autē sunt, quæ secundū alias scientias sunt, Vtputa, si-
qs iterrogabit geometrā musicū theorema, aut medici-
nale, Hoc n. est eius ignorantiæ, quæ est secūdū negatio
nē, & ita hoc ingeometricū est, quemadmodū punctum
Arrythmō. Siquis vero dicat parallelas cōcidere, quate
nus quidā de parallelis, & de concursu ipsarū dicit, Geo
metrica est interrogatio, Quatenus vero dicit cōcidere
Sol'o ad primam qōnem. parallelas nō geometrica est interrogatio, hoc est caco
geometricon, hoc est praue geometricū ❡ Ex his patet
solutio ad primam, nā declaratū est esse geometricas in
terrogationes eas interrogationes ingeometricas, q̄ sūt
secundū ignorātiā dispōnis. Quę vero sunt scđm ignorā
tiā negationis, licet sint scđm geometriam, tamē sunt nō
geometricæ, qm̄ alterius artis sunt ab ipsa geometria.

*At hæc ignoratio, & quæ ex talibus est principijs geometriæ*
*contraria est.*

*Et ignorantia hæc, quæ ex eius principijs contraria est,*

Secundo quærebatur, cū ingeometricę interrogatio- Com. 125.
nes, quæ sunt secundū ignorantiam sint geometricæ, se-
cundem qualē ignorantiā sunt geometricę. ❡ Respōdet
ꝙ interrogationes ingeometricę q̄ sunt secūdū ignorā-
tiam geometricæ, sunt interrogationes secundū ignorā
tiam dispositionis, quæ ex principijs cōtraria est, Vtpu
ta, ex falsis, quę sunt opposita primis principijs. Vnde in
quit. Et ignorantia hęc, qua interrogationes ingeome-
tricæ sunt, Geometricæ, ea est, quæ ex eius principijs cō
traria est. Hoc est ea ignorantia est, quę dispositionis di
citur, Vtputa, quæ est syllogismus ex oppositis primis.
Nam (vt Philoponus inquit) Hæc ignorātia est in pra-
ue habēdo, praue autē habere est quod est ex principijs
hoc est ex propositionibus nō veris. Falsæ. n. veris con
trariæ sunt. Ergo continuatur hoc modo, ꝙ cū duplex
sit in geometrica interrogatio, aut quæ nullam habet cū
geometria proprietatē: aut quę deprauatę habet. Hanc
distinctionē cum posuisset: mox, vt Philoponus inquit:
Exponit quid sit deprauate habere: & vult quod sit ex
ꝓpositionibus cōtrarijs veris. Alterū vero modū, qui ē
ob peccatū in figura, omnino seiunxit a geometria, qm̄
(vt diximus) nihil in geometria cōcludi potest ob pecca
tū in figura. ❡ Ex hoc patet solō ad secūdā, ꝙ ingeome Solutio ad secundam.
trica interrogatio quę est secundum ignorantiā geome
trica, ea est, quæ est secundū ignorantiā dispositionis.

*In mathematicis autem non similiter fraus fit cum disseritur;*
*quia medium est semper duplex, nam alter extremorum de hoc*
*omni, & hoc rursus identidem de altero dicitur atq; prædicatum*
*non dicitur omne.*

*In mathematibus autem non est similiter paralogismus, quo-*
*niā mediū semper duplex est. Etenim dr hoc omni, & hoc iterū de* Tex. 29.
*alio dicitur omni. Quod autem prædicatur, non dicitur omne.*

Secūdū Iuniorū expositionē Aristo. hic soluit tertiā
quæstionē, At vt ex commētarijs Philoponi mihi vide, Com. 126. Introdu. Iuniorum Philopo.
tur. Aristo voluit ad tertiam quæstionem solutionē esse,
manifestam ex his: quæ dixit ad prçcedentes quæstio-
nes. Ex dictis enim patet ignorantiam dispositionis esse
syllogismum ex falsis, qui tamen seruat figuram, non au
tem paralogismum, qui peccat in figura. Et quoniam di-
xit in sciētijs accidere paralogismū, in hoc loco (vt Phi-
loponus inquit). Vult dicere ꝙ non ita paralogismi in
scientijs fiunt: sicut in dialecticis methodis. Quoniam in
sciētijs syllogismi fiunt circa determinatas res, in quibus
non accidit multiplicitas. In dialecticis vero cū syllogis
mi fiāt circa sermones: accidere potest multiplicitas. Vn
de inquit. ❡ In mathematibus autem hoc est in sciētijs:
non est similiter paralogismus, Veluti in dialecticis: Et
assignat causam, quoniā in scientijs semper medium est
vnum & determinatum duplex tamen: hoc est his ante
conclusionem assumptum. Etenim de hoc omni scilicet
maior de medio omni, & hoc scilicet medium iterū de
alio dicitur omni. s. minori Et ne quis dicat prædicatum
posse distribui, Addit obiter. Quod autem prædicatur:
non

nō dicitur omne. Et sic nec maior de medio potest vniuersaliter accipi: nec mediū de minori potest distribui, Per quæ uult habere in scientijs semper mediū esse vnū & determinatum: licet bis assumptum, vt subiectum: & vt prædicatum, Vnū tamen semper. In dialecticis vero nō semper vnū & idē est. verbi gratia. Sapientes discūt: Qui discunt, non sciunt. Sapientes igitur non sciunt. Discere æquiuocum est. Discere.n. æquiuocum est, & in ipso intelligere, & in ipso doceri dictum. Latet autem deceptio propter æquiuocationem. Et rursus Homo animal, animal trisyllabū. homo trisyllabū igitur. Dupliciter.n. homo & in substātia: & in nomine. Etenim & res dicitur hō, & nomen etiam. Et iterum. Olera excedūt terram. Quod excedit eo qđ exceditur, maius est, Olera igitur terra maiora sunt. Excedere.n aut secundum magnitudinem excedere dr̄, aut supra superficiem esse. Quia igitur non circa determinatos, multas deceptionis causas habent. In scientijs vero non ita, determinatę.n. sunt res quę s̄m vnāquāq; scientiā, & nūquā ob æquiuocationem error in ipsis accidit. Quo fit, vt paralogismi in scientijs nō accidant; sicut in dialecticis, nā neq; accidere possunt propter æquiuocationē medij: neq; propter illius multiplicitatem. In dialecticis āt possunt accidere paralogismi inductione, vt uisum est. Quæstio. ¶ Quærūt Iuniores vtrum prędicatū sit forma subiecti: Et licet hæc quæstio sit obiter quæsita. Tamen argumentātur ꝙ non, qm̄ nec genus nec differentia est forma speciei, cū sint illius partes pręterea in hac propositione, homo est homo: homo nō est forma sui. Solut. Neotericorum. Confutatio ¶ Neoterici asserūt prædicatum esse semper subiecti formam: prętterquam in propositione, in qua idem prędicatur de seipso. Sed cōtra qm̄ in hac propositione albū est lignū, potius subiectum est forma prædicati q̄ contra, vt Boetius dicit. Propria solutio. Propterea dicendū. ꝙ in prædicatione naturali: semper prædicanū est forma subiecti: aut inhęrēs: quæ in est aut declarans, quæ dicitur de alio. In ea autem enūtiatione: in qua idem de se enuntiatur: nihil prædicatur, cum non sit propositio, vt alibi diximus, Sed enuntiatio: quæ ex nomine constat, & verbo.

*Hæc autem licet quasi cernere mentis perceptione, in differendi uero facultatis disceptationibus latent. Est ne omnis circulus figura, si designauerit patet. Sed quidnā ultra. Carmina ne sunt circulus, continuo patet non esse.*

*Hæc autem sunt, ut est uidere intellectu. In orationibus autem, latent. Vtrum omnis circulus figura sit, si autem scribatur, manifestum est. Quid autem sint ne carmina circulus. Manifestum, quoniam non sunt.*

Com. 127. Cum dixisset, ꝙ in mathematicis scientijs nō accidāt paralogismi inductione, Sed in dialecticis methodis, nūc per exempla hæc ostendit, & inquit. ¶ Hęc autem sunt, terminos dicit. Vt est videre intellectu, videlicet in mathematibus, nam de his est sermo q.d. In mathematibus autem, non est silr̄ paralogismus propter duplicitatē termini, in dialecticis. Vnusquisq; enim terminus eorū, qui in mathematibus sunt: eo quod determinatus sit, velut ostēsio est. Et simul cū audit circulus aut tale qđ, statim sciens videt quod dictum est, in seipso depictum, & non fertur in aliud quoddam significatum, sed in hoc solum, cuius & definitionem intra se cōtinet. Ergo quasi dicat. Hæc autē. s. termini & terminorū significata sunt eo modo, Vt est videre intellectu, in ipsis mathematibus. Nā (vt Philoponus exponit.) Siq́s interrogaret geometrā, si circulus sit figura: statim phantasiam aduerteret ad descriptum circulum, & non determinaret: de quo circulo sermo est: aut quot modis circulus dicitur, quoniā ex descriptione patet eius determinatio. Propterea inq̄r. Hęc autem scilicet termini & terminorum significata in mathematibus sunt eo modo, vt est videre intellectu a sensibus atq; phantasia terminorū significato accipiētē vel intellectu, in quo sunt depictę figurę & circuli, vt sunt in abaco: vt recte Philoponus exponit. In orationibus āt hoc est in dialecticis conuentibus: latent nomina, propterea ꝙ non sint determinata. Vtrum omnis circulus sit figura, Nam in voce circulus est multiplex, quoniam dicitur de figura: & dicitur de carminibus. Si autem scribatur: scilicet aut in phantasia: aut in abaco: manifestum est. & sic tollitur æquiuocatio. Rursus autem siquis te interrogaret quid sint, hoc est vtrū sint ne carmina circulus. Iterū manifestum est: quoniam nō sunt circulus: ex descriptione enim in abaco: aut in phantasia: patet ꝙ carmina nō sint circulus. Ex his sequitur: ꝙ cū determinata sint, quæ subiecta sunt geometriæ, & nulla æquiuocatio est in sciētijs: minus ac raro est paralogizari in ipsis: determinata n. est (vt Philoponus inq̄t). Vniuscuiusq; termini significatio, Vtputa qđ est circulus, & quid linea: & qđ æquipedum: & quid concidere, & vnumquodq; cæterorum eodem modo, & sunt quasi constitutę. dispositęq; in anima figuræ: Vnde simul est eum audire circulū: & circulū: qui in anima est figuratus: ac dispositus, est intelligere: Sic autē non est in dialecticis, non enim determinata sunt, quę sunt subiecta dialecticę. Verborum expositio. ¶ Quo uero ad uerba attinet: animaduerte (vt Philoponus perpulchre exponit) ꝙ Aristo. vocat carmina circulum, hoc est epigrammata, eo modo confecta: non vt dictionem finalem primi versus cōsequatur principium secundi. Et finalem dictionem secundi consequatur principium tertij, & sic deinceps ordinate. Sed vt possit idem versus, & principiū & finis fieri. Huius rei affert exemplum est epigrammatæ, quod Homerus, vt Herodotus inquit in vita Homeri, confecit in Midam Regem Phrygum. Exponit & Philoponus hęc alio modo sed non curo, quoniam exēplorum non veritas: sed manifestatio requiritur. 2 de aīa. cōmē. 67.

*Atq; nō oportet inficiationem ad ipsum afferre, si sit propositio inductiua. Vt enim neq; propositio est ea, quæ non ad plura sese extendit. Non enim erit de omnibus. Vniuersalibus autem extruitur ratiocinatio Sic patet nec eam inficiationem esse, quæ uniuersalis non est. Etenim eadē sunt propositiones, inficiatione suæ. Nam quam affert quispiam inficiationem, ea uel differendi uel demonstrandi propositio fieri potest.*

*Non oportet autem instantiam in ipsum ferre, si sit propositio inductiua. Sicut enim neq; propositio est, quæ non est in pluribus. Non enim erit in omnibus. Ex uniuersalibus autem syllogismus, Manifestum est, q. neq; instantia est, Eædem enim sunt propositiones, et instantiæ. Quam enim fert instantiam. Hæc utique fiet propositio demonstratiua aut dialectica.*

Com. 128. Quæ. Phil. Quid velit facere hic Aris. Philoponus dubitat, nec bene ipse exponit. Quidam vero (quorum expositionē narrat Philoponus) dixerunt ꝙ cum Arist. declarasset differētiam inter paralogismos, dialecticos, & doctrinales, hic velit declarare qualis sit instantia, quæ fit in paralogismis: qui fiūt in mathematibus. Dato ꝙ aliq́s paralogismus in illis fiat, veluti esset iste. Circulus omnis figura, carmen circulus, igitur carmen figura, dico dato ꝙ in

mathematicis fieret, quia reuera nullus fit paralogismus in dictione, ut in dialecticis. Sic igitur uult declarare q̃lis instantia fiat in paralogismos mathematicos, si aliquis in mathematicis paralogismus fieret. Et vult ꝙ instantia cõtra paralogismos mathematicos nõ fit per inductionẽ, hoc modo inducendo contra minorẽ, et hæc, & illa carmina non sunt circulus. Sed oportet vniuersaliter instare, Vtputa: ꝙ nullum carmen sit circulus. Nã sicut propositio non est demonstratiua, quę non est vl̃is, qm̃ ex vl̃ibus est syllogismus, ita nec instantia est scientifica, q̃ non est vl̃is. Causa ãt: qm̃ instantia fit aliquando syllogismi pars, Vtputa si aliquis instaret ad propõnem dicentẽ carmina circulus, & diceret nullũ carmen est circulus. Instantia nunc fieret syllogismi conclusio dicentibus nobis hoc modo: Nullũ carmen est figura, Omnis ãt circulus figura est. Nullũ igit̃ carmen circulus est. Si uero ad conclõnẽ fertur instantia, dicentẽ, ꝙ carmina circulus dicet hoc modo. Nullũ carmen circulus est: circulus autẽ figura est. Nullũ igitur carmẽ figura est. ❡ Hæc est vna expositio, quã Philopo. narrat: & nõ approbat. Primo, qm̃ semper instantia est syllogismi conclõ. Hanc.n. oportet demr̃are, vt oppositũ ipsi demonstrabimus nõ recte esse. Amplius: hæc expositio non consonat verbis Aris. vt dicit. Tamen ipse exquisitam huius loci expositionẽ transfert ad tẽpus, donec perquirat alios expositores. ❡ Sed si liceat ponere os in cœlum, dicerem ꝙ Aristot. hic uenit ponere differentiam inter instantiam dialecticam, & doctrinalem, siue scientificã. Nam postquã posuit differentiam vnam inter paralogismos dialecticos & mathematicos, hic obiter interponit differentiã inter instantiam dialecticam, & scientificam. Et vult ꝙ dialectica instantia sit particularis, vel inductiua: hoc est singularis. Sciẽtifica vero sit vniuersalis, qm̃ est propositio de omni & per se. Vnde inquit. ❡ Non oportet autem instantiam ferre in ipsum quod volumus destruere in mathematicis. Si illa instantia sit propositio inductiua, hoc est singularis. Sic.n. instamus in dialecticis. Affert causam, cur non sic instamus in mathematicis: & inquit. Sicut.n. neq; propositio est in mathematicis, quæ non est in pluribus, hoc est vniuersalis, contra quã instamus, ita nec instantia est quę non est vniuersalis. Nã (vt inquit) si propositio nõ sit in pluribus, & vniuersalis: nõ erit in omnibus. Sed (vt inquit.) Syllogismus ex vniuersalibus est. Et ita nec propositio potest esse nisi vniuersalis, quare & instantia vniuersalis est. Per hęc autẽ verba uult innuere consequentis destructionem, hoc pacto. Si propositio non sit vl̃is, propositio non erit in omnibus. Et si propositio non sit in omnibus, syllogismus nõ erit ex vl̃ibus. Destruit tunc vltimũ consequens dicens. Sed ex vl̃ibus est sylls̃. Et sic vult habere ꝙ propõ sit vl̃is, q̃re & instãtia. Et hoc infert, & inqt. Manifestũ est ꝙ neq; instantia est vniuersalis subaudi si propõ non sit vniuersalis. Cuius cãm affert, & inqt. Eędẽ.n. sunt propõnes, & instantię. cuius causam affert: dicẽs. Quã.n. fert instantiã, hæc vtiq; fiet propõ demr̃atiua in scientijs, aut dialectica in problematibus. Recte ergo dictũ est, ꝙ instãtia in scientificis sit vniuersalis. ❡ Quo uero ad uerba attinet

Propria expositio. (margin, beside "Aristot. hic uenit ponere differentiam…")


Verborum expositio. Quidã & recte dixerũt, ꝙ instantia, qñ fit ad propositionem: vt si fieret ad propositionẽ, nõ dicẽtẽ carmina circulus, diceremus. Nullũ carmen figura est. Omnis ãt circulus figura. Nullũ igitur carmẽ circulus est. Sinautem fieret ad conclõnẽ, instantia fiet propõ: vt ad illã conclonem carmina circulus, dicemus, hoc pacto. Nullum carmen circulus est. Circulus ãt figura est: nullũ igit̃ carmẽ figura est. Et ita quouis mõ semper instantia est vniuersalis. At in dialectici, põt esse inductiua, hoc ẽ singularis.

❡ Sed circa hanc nostrã expõnem, sunt dubõnes, & prima qdẽ, qa instare est officiũ opponentis. Sed in mathematicis non licet opponere & respondere, nõ.n. in illis disputationes fiunt. Igit̃ sunt instantiæ. Secundo, qa propositiones demr̃ationis sunt veræ: Instantiæ autẽ falsæ. Igitur instantię non sunt ꝓpõnes per se. Tertio, instãtia esse põt ad vniuersalẽ propositionẽ. Sed instare ad vniuersalẽ non fit nisi ꝑ cõtradictionẽ, & omnis cõtradictio est inter vniuersalẽ & particularẽ. Igitur omnis instantia ẽ propõ particularis. ❡ Pro solutione animaduerte ꝙ in mathematicis bifariã fieri põt. Aut tẽtatiue: qualis a præceptore fit erga discipulũ. Et hæc semper est ulis, & vera, eo quia imperitus discipulus semper profert falsam & impossibilẽ propõnẽ. Aut litigiose, & hęc fit ab imperito atq; contrarię affecto: ut de Brysone fertur. Et qñ fit ex parte imperiti, põt esse impossibilis. Aristo. loquitur de instantia tentatiua quæ fit a præceptore erga discipulum. Et per hoc patet solutio ad duas primas disputationes. ❡ Ad tertiam dico ꝙ in his quę sunt per se, idem est vniuersalis, & particularis secundum rem. Et ita in demonstratiuis instantia particularis secundum rem est vniuersalis, secus est in dialecticis.

Dubõ contra expõnẽ Prima. (margin)
Secunda. (margin)
Tertia. (margin)
Solutiones Ad 1. & 2. Instantiam in mathematicis bifariam fieri potest. (margin)
Ad 3. (margin)

*Fit autem ut quidam uitiose concludant propterea quod eos medios sumunt qui terminos utrosq; sequũtur. Quale quidem fa rit & Cœneus, ignem gigni multiplicata ratione concludens hoc pacto. Ignis (ut dicit) celerrime gignitur. Quod multiplicata gignitur ratione, id celerrime gignitur. Hoc autem modo constare ratiocinatio nequit. Sed si celerrimam generationem multiplicata sequatur ratio, & ignem celerrima generatio. Interdum igitur fieri nequit, ut ex his quæ sumuntur ratiocinatio cõstruatur, interdum uero fieri potest, sed non cernitur.*

*Contingit autem quosdam non syllogistice dicere, proter id quod accipiunt ad utraq; consequentia. Vt & Cæneus facit ꝙ ignis in multiplicata analogia fit. Etenim ignis cito generatur, sicut dicit. Et hæc est analogia. Sic ãt nõ est syllogismus. Sed si uelocissimã analogiã sequitur multiplicata. Et ignẽ uelocissima in mutatione analogia. Aliquãdo quidẽ.n. non cõtingit syllogizare ex acceptis. Aliquando uero contingit, sed non uidetur.*




In multiplicata proportione generatur.

Cum dixisset ꝙ ob medium terminũ æquiuocum esse entẽ, sępenumero in disputationibus fiunt multi paralogismi, quod quidẽ in scientijs non accipit, nunc uult demonstrare (vt Philopon. inquit) Paralogismos, qui ob figuram fiunt in disputationibus, vt ostendat, ꝙ s̃m hos Com. X2 9. (margin)

differunt

differũt ſciẽtiæ a diſputationibus dialecticis, quatenus in dialecticis diſputationibus paralogiſmi fiunt ob figurã, in ſcientijs autẽ non fiunt. Non fiunt autẽ in ſcientijs, qm̃ ſyllogiſmi ſcientiarũ ſunt ex his, quæ per ſe, & cõuertibilia ſunt. At ſyllogiſmi in dialecticis non ex conuertibilibus ſunt. Hic igit̃ vult, ꝙ in dialecticis ob figurã paralogiſmi fiant, Propterea ꝙ idẽ mediũ ad duo extrema ſequatur, hoc eſt eo ꝙ capiant in ſecũda figura duas affirmatiuas. Putãt.n. ꝙ ſi idẽ ſequatur ad duo: et ea inter ſe ſequãtur, hoc aũt non eſt, niſi illa cõuertibilia fuerint. Nã & ad hominẽ, & ad lapidẽ ſubã ſequitur, non tamen alterũ ad alterũ ſequitur, hoc eſt lapis ad hominẽ, aut hõ ad lapidẽ. Non.n. ſunt cõuertibilia. Sicut faciebat ſophiſta. Cęneus. Syllogizabat.n. ꝙ ignis in multiplicata analogia fit, hoc mõ. Ignis velociſsime fit, quę in multiplicata analogia fiũt, citiſsime fiunt. Ignis igitur in multiplicata analogia fit. Circa quę Ariſtoteles inqt, Interdum in talibus ſanã fieri rationẽ hoc ẽ ſyllogiſmũ. Vtputa, cũ propoſitiones cõuertunt̃ ¶ Diſputat hic Philop. cũ Alexã. de multiplicata analogia quid ſit ¶ Ad qd̃ Alex. reſpõdet, ꝙ Ariſt. p multiplicatã analogiã intelligit ꝓportionẽ qualis eſt duorũ ad tria: & ducentorum ad trecenta. ¶ Cõtra quẽ aſſerit, eũ nõ habuiſ̃ multã in mathematicis peritiã Qm̃ ignorabat proportionẽ duorũ ad tria, et ducẽtorũ ad tricẽta eſſe multiplicẽ, cũ reuera ſit ſup particularis. Nõ.n tria adſunt duo multiplicia, nec trecẽta ad ducẽta. Non.n. maior numerus continet minorẽ bis aut ter, aut ſæpius, ſed ſemel cũ aliqua eius particula. Ergo eorũ ꝓportio nõ eſt multiplex. Proportio.n. multiplicans ſiue multiplex eſt, quãdo in numeris maior bis, aut ter, aut ſępius ꝑciſe cõtinet minorẽ, Vtputa, i duplis duo ad quatuor, et q̃tuor, ad octo, aut in triplis. 3. ad. 9. & 9. ad 27. & alijs eodẽ modo. Super particularis vero eſt quãdo maior numerus habet totum minorem, & particulã aliquam q̃uis ipſius, aut quartã, aut quintam, aut deincipitem. Vtputa, numeri ternarij ad binariũ ſuper particularis eſt proportio. Habet.n. totũ ipſum, & dimidiũ, quocirca ꝓportio hęc Hęmiolia vocata eſt propter dimidiũ, latine a Boetio dicitur ſexquialtera. Proportio vero quatuor ad. 3. Epitrita. habet.n. totũ & tertiã eius, Iõ Boetius eã vocat ſexquitertiã, hoc eſt ſemel cõtinẽs, & tertiã. Numeri ergo ab Alexandro aſſumpti ad demonſtrationem, Vtputa, duo & tria & ducẽta & trecẽta. non ſunt in ratione multiplicata, ſed ĩſup particulari, hoc eſt in Hemiolio. In qbus auctio nõ fit ſicut in multiplicatis vel multiplicibus. ¶ Propter hæc Philoponus cũ Proculo exponit per multiplicatos numeros eorum, quorũ adinuicẽ eſt ꝓportio multiplex, vt. 1. 2. 4. & 8. 16. 32. 64. 138. 266. & ordine deinceps. Poſsibile.n. ẽ in infinitũ ꝓgredi, nec ſolum in duplis hoc accidit, ſed in triplis, & quadruplis et reliq̃s omnibus. Inſup particularis vero, quos Alex. ſuppoſuit, nullo mõ ſic velociter ꝓportionẽ eſt inuenire. Nõ.n. vt ad. 2. ad. 3. Ita deinceps, & 3. eſt inuenire ad aliquem alium eorum, qui poſt ipſum eãdem rationẽ habere, quo vero mõ ſit iuenire plures ſup particulares proportiones deinceps. Methodo opus eſt arithmetica, quã Nicomachus introductione aſsignauerat. Sic igitur Ariſt. per generari in multiplicata analogia, ĩtelligit generari in ꝓportione multiplici, vt quãdo genitũ eſt multiplex ad id, ex quo generatur. Qm̃ velociter eſt inuenire hanc proportionẽ. Proportionem vero ſuper particularẽ, non ſic facile eſt inuenire. Vnde dicit. ¶ Contingit autẽ quoſdã non ſyllogiſtice dicere. Subaudi in dialecticis, ꝓpter id qd̃ accipiunt ad vtraq; cõſequẽtia. vt in ſecũda figura ex duabus affirmatiuis. In dialecticis enim (propterea ꝙ ꝓpoſitiones non conuertãtur) cõtingit ſyllogizari ex duabus affirmatiuis. Et ponit exẽplũ, & inqt. Vt Cęneus ſophiſta facit, Syllogizãs ꝙ in multiplicata analogia fit, hoc pacto. Ignis cito generatur, hęc eſt minor. Hæc eſt ſubaudi multiplicata analogia, hæc maior, vt ſit ſyllꝰ hoc pacto. Quod in multiplicata proportione generat̃, celeriter fit. Ignis celeriter fit. Ergo ignis in multiplicata proportione generatur. Tunc exponit qualis hic ſyllꝰ ſit, & dicit. Sic autẽ non eſt ſyllogiſmus quoniam eſt in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis. Sed ſubaudi erit ſyllogiſmus, ſi velociſsimã. ſ. generationem. Sequitur multiplicata analogia. Hoc eſt, ſi maior cõuertatur hæc pacto, quod celeriter fit in multiplicata proportione generatur. Et ignem ſubaudi ſequatur analogia in velociſſima mutatione, ita vt minor ſit, & ignis velociter fit. Nam tũc ſequitur ꝙ ignis in multiplicata analogia generetur. ¶ Quo vero ad verba attinet, Per ignẽ eſſe in velociſsima mutatione, intelligitur ignem eſſe in velociſsima generatione. Addit aũt Ariſ. cãm differẽtię, & inquit. Aliquãdo qdẽ n. nõ contingit ſyllogizare ex acceptis. Aliquãdo autẽ contingit, ſed nõ videtur. Diximus ꝙ duas affirmatiuas in ſecunda figura poſsibile eſt introducere ad ſyllogiſticã figurã, quãdo termini ſunt cõuertibiles, vt poſsit conuerti maior, vt reducamus ipſam ad primã figurã, quando vero nõ cõuertuntur, nõ reducitur. Et addit, ſed nõ videtur. qa licet ſit in qiibuſdam talibus concludere concluſionem propter propoſitiones, ſicut diximus, in conuertibilibus vtẽtes conuerſione maioris, nõ tamen videtur neceſſarium, propter inſillogizabilitatẽ cõplicationis propoſitionũ. Non.n. cõplicatio cauſa eſt, ſed eo ꝙ termini cõuertũtur vt poſſit & recte cõplicari. Ergo addit, ſed non videtur, quia licet cõtingat ſyllogizari, non tamen videtur, quia nõ apparet neceſſariũ, niſi facta cõuerſione. ¶ Sed dices, tũc omnis ſyllogiſmus in ſecũda, & tertia figura erit paralogiſmus, qm̃ nullus apparet neceſſarius, niſi facta cõuerſione ¶ Dicendũ ꝙ in alijs figuris ſeruatis qualitate & quantitate ſyllogiſmi nõ ſunt paralogiſmi, quoniam ſemper poſſunt reduci in primã figuram. At ſyllꝰ ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura, eſt paralogiſmus, quoniam non ſemper poteſt reduci, ſed ſolum, cum termini conuertuntur. Propterea addit, Aliquãdo.n. non contingit, ſyllogizari ex acceptis, Aliquando vero contingit, ſed non videtur. At ſyllogiſmi ſecundæ, & tertiæ ſeruatis qualitate, & quãtitate ſemper poſſunt reduci, & hac ratione non ſunt paralogiſmi. Patet ergo ꝙ in dialecticis paralogiſmi cõtingunt propter figuram, quoniam non fiunt ſyllogiſmi ex conuertibilibus. In doctrinis autem tales ſyllogiſmi non accidunt, quoniam propoſitiones ſunt ſemper per ſe, & conuertibiles, & ita ſemper maior conuerti poteſt.

Disputatio Philop. cũ Alexan. de multiplicata analogia

Alex. Phi. cõtra Ale. Ale. nõ fuit peritus in mathematicis.

Sua pñ.

Syllogiſmus Caenei.

Verborum expoſitio.

Obiectio.

Solutio.

*Quia ſi fieri non poſſet, ut uerum oſtendatur ex falſis, facile eſſet reſoluere. Conuerſio nãq; neceſſario fieret. Si enim a. uerũ, quod cum ſit, hæc ſunt quæ quidem eſſe ſcio, ueluti b. Ex his igitur illud eſſe oſtendam. Conuertuntur autem ea magis quæ in mathematicis ſunt, quia nullum accidens ſed definitiones accipiunt, atque hoc etiam ipſo a diſſerendi differunt facultate.*

*Si autem esset impoßibile, ex falsis uerum demonstrare, facile utiq; esset resoluere. Conuertuntur enim ex neceßitate. Si enim A, ens, hoc autem cum sit. ea utiq; sunt, quæ noui, quoniam sunt, ut, B, Ex his igitur demonstrabo, quoniam illud est, Conuertuntur autem magis, quæ sunt in mathematicis, quoniam nullum respiciunt accidens. (Et in his differunt ab his, quæ sunt in dialogis) sed definitiones.*

Cõm. 130. Hic (vt Philoponus autumat) iterũ Aristote. assignat aliam differentiã inter demonstratiuos syllogismos & dialecticos: & ait: ꝙ facilior sit resolutio in demõstrationibus ꝙ̃ in dialecticis. Vocãt aũt geometrę resolutionẽ: inuentionẽ propositionũ: per quas conclusa sit vera cõclusio. Vtputa: si proponatur nobis aliqua conclusio vera, ꝙ hic triangulus sit æquilaterus, per propositiones inuenimus conclusionem: a quibusdam confessis: sumẽtes initium: et desinẽtes in id quod quęritur: et hoc tale, vocatur compositio. Resolutio autem: viceuersa se habet cum compositione. Capientes enim prius id: quod quęritur vt cõfessum. Vtputa ꝙ hic triangulus est ęquilaterus, quęrimus quęnã fuerunt propositiões, per quas id probatũ fuit, vt resoluentes inueniamus ipsas quousq; veniamus ad aliqua confessa, & principia geometriæ.

Cap. 26. ¶ Vnde Themistius hic dicit, ꝙ resolutio sit retrocessus a conclusione vera ad principia ex quibus deducta est. Vult igitur ꝙ si ex veris solis propositionibus verę cõclusiones concluderentur, facilis vtiq; esset resolutio: & huius causa est, quoniam propositiones conclusionis cõclusiuę essent determinatę. Quia vero ex falsis concluditur cõclusio vera: & hę sunt quodã modo indeterminatę difficilior ipsarum resolutio est. ¶ Quare hac ratione differunt demonstratiui syllogismi a dialecticis. Concluditur. n. syllogismo dialectico ꝙ homo sit animal: & ex eo quòd moueat, & ex eo ꝙ ambulet: & ex eo ꝙ disputet: & ex alijs infinitis. Amplius: syllogismo dialectico ex falsis cõcluditur vera cõclusio, modo falsa illa concedantur. Quare in dialecticis siquis uoluerit omnes ꝓpositiones cõclusionis conclusiuas inuenire: nõ facile nanciscetur: propter ipsarũ indefinitatem. At in scientijs non hoc modo, nec. n. ex falsis propositionibus, neq; ex his, quę per accñs rebus insunt. sed ex his: quę primo & per se cõcludunt scientiales conclusiones. Hęc autem determinata sunt. Facilior autẽ est resolutio ad determinata ꝙ̃ ad indeterminata Et ideo facilior in sciẽtijs resolutio est: ꝙ̃ in dialecticis.

Dña syllogismorum demõstratiuorum a dialecticis

¶ Quo vero ad verba attinet: Aristo. vult hũc syllogismũ: Quibus cõuersio facilior, is & resolutio facilior. In mathematicis cõuersio facilior est. Ergo & resolutio facilior, De rõne ergo primo affert maiorẽ cũ eius ꝓbatione, & inquit. ¶ Si aũt est impossibile ex falsis verũ demonstrare, ita vt ex solis veris demonstrationes sint: Facile vtiq; esset resoluere cõclusionem ad propositiones. Affert causam, & dicit. Conuertuntur. n. ex necessitate a ꝓpositionibus ad cõclusionẽ: & viceuersa a cõclusione ad propositiones. Cuius rationẽ assignauimus ex his: quę Philoponus inqt. Quoniã propositiones tales sunt determinatę. Hęc exponit per exemplũ: & inquit. Sit. n. a. ens hoc est conclusio existẽs vera: hoc autem. s. a. cum sit, ea vtiq; sunt, quę noui: quoniam sunt, vt. b. hoc est ꝓpositiones, assumit. n. b. pro duabus propositionibus. Ex is igitur demonstrabo, scilicet propositionibus: quæ sunt. b. demonstrabo, quoniã illud. s. a. est: & sic ex a. conclusio est. b. & ex. b. a. sequit. Quia igitur. b. existente: ex necessitate est. a. & a. existente: rursus ex necessitate est. b. Ideo facilis est propositionũ inuentio. Secus in dialecticis: quoniam in illis. b. existente sequit a. non tamẽ contra: quoniã a. potest sequi ex infinitis. Et per hęc patet maior & eius probatio. Tunc assignat quasi minorem syllogismi quidẽ in textu intelligit: & inquit. Cõuertuntur aũt magis: quæ sunt in mathematicis: quoniam syllogismi nullum recipiũt accidens, neq; falsum: sed definitiones recipiunt, tunc quasi conclusionem interponit: & inquit. Et mathematicis syllogismi in his differunt ab his, quæ sunt in dialogis. Quia igitur in mathematicis syllogismis cõuertũtur magis, et cõclusiones ad propositiones, & ꝓpositiones ad conclusiones: ideo in illis facilis est resolutio. Quia vero in dialecticis non cõuertuntur: ideo in eis difficilis resolutio est. Est igitur syllogismus textus hic: quibus conuersio facilior in his resolutio est leuior. In mathematicis cõuersio est facilior. ergo & resolutio. De hoc syllogismo: vt dixi. Primo vult habere maiorẽ cũ eius probatione secunda ibi: Cõuertuntur autẽ magis: Vult habere minorem etiam cũ sua probatione. Et interponit differentiam syllogismorum dialecticorum a demonstratiuis: vt syllogismi conclusionem: hęc de textu.

Verborum expositio.

Syllogismus tex.


¶ Quo autẽ ad differẽtiã attinet: Animaduerte ꝙ propter tria resolutio in mathematicis facilis est. primo, quia semper vera conclusio ex veris syllogizatur. secundo, quoniã ex per se: & secũdum ꝙ ipsum: hoc est conuertibilibus. Tertiam causam assignat Auer. quoniam conclusiones mathematicę non syllogizãtur nisi ex ꝓportionalis cõclusioni. At dialecticę conclusiones syllogizantur: ex falsis, et ex probabilibus, quę possunt esse infinita, & conclusioni improportionata. Quare ad hæc difficilis est resolutio: ad illa autem: facilis.

Resolutio in mathematicis est facilis propter tria in huius pa rapitra. com. 29.


*Accrescit etiam ratiocinatio non per media sed assumendo, nã a. de. b. sumitur, & hoc de. c. & hoc rursus de. d. Atq; hoc in infinito procedit, uersus quoq; latus eius sit incrementum. a. namq; de. c. atq; de. e. concluditur. Sit enim. a. quidem numerus absolute. b. uero simpliciter numerus impar. Et. c. definitus numerus impar. a. igitur de. c. concludetur. Altera rursus in parte d. quidem sit impar numerus simpliciter sumptus. e. uero definitus numerus par a. igitur de. e. concludetur.*

*Augentur autem, non per media, sed in assumendo, ut. a. de. b. hoc autem de. c. Rursus hoc de. d. & hoc in infinitum. Et in latus, ut. a. & de. c. & de. e. Vt est numerus quantus uel infinitus, hoc autem sit, in quo est. a. Numerus impar quantus, in quo. b. Numerus impar in quo. c. Et ergo. a. de. e. & sit par quantus numerus in quo. d. par numerus in quo. e. Ergo. a. de. e.*

Exemplum in assumendo.



Exemplum in latus.




Co. 131. Hic iterũ iter demõstratiuos syllos,& dialecticos(vt Philop.inquit) Aliã affert differẽtiã: q dialectici sylli augentur per media. Mathematici ac demõstratiui, in assumẽdo:& i latus. ¶ Vbi animaduersione dignũ. Auctionem syllogisticã bifariã est.alterã quidẽ per media. Alterã vero in assumẽdo ¶ Et per media:bifariã aut p interpositionẽ termini aut per extrinsecus acceptionẽ:per interpositionẽ termini:vt si cõclusio sit q homo sit animal nam hæc syllogizetur p hoc q homo loquat:qm quod loquitur,est animal:homo loquitur. Igitur homo est animal:& p hoc q homo mouetur a se,quod.n.mouetur a se:est animal:hõ mouetur a se:homo igitur animal. Hęc ergo auctio est per termini interpositionẽ. Per extrinsecus vero acceptionẽ:quãdo syllogizamus eandẽ cõclusionẽ per diuersa extranea media,vt hanc:homo est animal:p media extranea:vt qm hõ est lapis,&lapis est animal,ergo hõ ẽ animal,& qm hõ est lignũ,& lignũ est animal:ergo hõ est animal. Et sic eodẽ modo p alia multa: media extranea,immo qñ p infinita eadẽ cõclusio syllogizari põt. Hæc de syllogistica auctiõe p media ¶ In assumẽdo vero bifariã,aut in post assumendo,aut in latus. In post assumẽdo quidẽ:qñ subiectũ conclusionis primi sylli:sit mediũ ad syllogizãdũ secundã conclusionẽ:& subiectũ secũdæ sit mediũ ad syllogizãdũ tertiã:& sic deinceps. Et hoc mõ fit in geometra:qm primũ theorema demonstrat p axiomata. Secũdũ vero:per primũ,& tertiũ per secũdũ,& sic ordine deinceps augumẽtatio fit: nũq medio termino supposito. Sed sẽp ad primos coordinato. Huius rei cãm affert Philop.qm ex his:q p se & primo insunt:demõnes sũt:& nõ cõtingit p mediatã ,ppõnẽ demõstrare aliqd. Aut.n.ex axiomatibus demõstrãt theoremata i sciẽtijs aut ex his q demõstrata sũt ex axiomatibus. In latus ãt auctio fit:quoties idẽ pdicatũ de pluribus lateralibus subiectis p media lateraliter iterposita syllogizat,vt si sit prædicatũ numerus. Nã numerus põt demõstrari de,c,trinario p,b,impar:& de,e,quaternario per,d,par. His ergo modis mathematicæ demõnes augent. ¶ Per q patet: q si libri geometrię essẽt sic ordinati.vt demõnes crescere solẽt:faciles essẽt cognitu,et qa libri Euclidis nõ hoc pacto fuerũt ordinati:ideo nõ fuerũt faciles. Vnde si eũ Ari.librũ haberemus:quẽ in mathematica scripsit oẽs facile esse possent sũmi mathematici. Ibi.n.demõnes ordinauit aut in post assumẽdo:aut in latus inqt ergo. ¶ Augent ãt.s.demõnes nõ per media.vt dialectici sylli,qui augẽtur p media:aut interpõne termini. Aut extrinsecus acceptiõe. Sed augẽtur in assumẽdo:& hæc dupli:r: aut in post assumẽdo:vt.a.de.b.hęc aũt.s.b.de.c. Rursus hoc.s.c.de.d. Et hoc in infinitũ.s.quo ad nos(vt Philop.exponit.) Qm nõ ita cõprehẽdimus sciẽdas:vt nõ posit alterũ quoddã iueniri theorema:sed sẽmp post est p pdemõstrata:altera inuenire. Hęc de au

*Margin notes:* Augmentatio syl, e gistica duplex est. Auctio per media iterũ duplex. Auctio in assumẽdo duplex aut in post assumẽdo aut in latus. Cũ difficul tatis i mathematicis.

ctione in post assumẽdo. Deinde de auctione ad latus:& inqt. Et i latus:vt.a.s. numerus pdicatus,&de.c.subto: & de.e.subiecto,vt est numerus quãrus:vel infinitus hoc ẽ p indifferentiã indeterminatus. Hoc ãt fit: in quo est.a Vtputa numerus cõis,cõiter pdicatus de.e.&de.c. At numerus impar qtus.s.cõis omnibus imparibus fit:in quo est.b.numerus impar.s.nomine determinatus:fit i quo ẽ c. Vtputa tria,vel quinq,vel.7.autid genus. Est ergo,a, numerus cõis de,c,subto numero trinario:vtpura p mediũ,b,qm tria sunt impar:oẽ impar numerus: tria igitur numerus. Et iterũ fit par quãtus numerus.s.cõis omnibus paribus:in quo,d, Par numerus.s.nomine determinatus fit in quo est,e,Est ergo,a,numerus de,e.s.demratus : vt de qtuor:vel sex:vel de aliquo id genus : & p mediũ,d, Hoc mõ:oẽ.d.a.oẽ.e.d.Igit.e.ẽ.a. Hęc de auctiõe i latus.

*Differt autem scire esse & propter quid est, primo quidem in eadem scientia,atq; in hac dupliciter,uno quidem modo, si ratiocinatio non per ea quæ uocant medio fiat non enim prima sumitur causa ,scientia autem eius propter quid est per primam fit causam. Alio uero modo, si per ea quidem quæ uocant medio,non tamen per cãm,sed per notius eorum quæ conuertuntur efficitur.* Tex. 30

*Differt autem quia,& propter quid scire. Primo quidem in eadem scientia. Et in hac dupliciter . Vno quidem modo, si non per immediata fiat syllogismus . Non enim accipitur prima causa . Quæ uero est scientia propter quid,per primam causam est. Alio autem , per immediata quidem , non autem per causam sed per notius eorum , quæ conuertuntur .*

Propositũ Arist.(vt Philo.inqt)est ostendere,in quo differãt sylli:qui probãt ipsum qa,ab his:qui ,pbant ipm ,ppter quid. Et dicit primo q vno mõ differant,q syllis probans ipsum quia: alterius sit sciẽtiæ. Qui vero ,pbat ipsum ,ppter quid:alterius:hęc autẽ qũo se habeant. Postea dicemus. Alio vero mõ:in eadẽ sciẽtia differũt:dico in eadẽ scientia:qm in eadẽ sciẽtia ẽ inuenire & syllm: q ,pbat ipsum qa & syllm:qui probat ipsum ,ppter quid. Verũ differunt hi:qui in eadẽ sciẽtia sunt:secundũ duos modos. Secundũ vnum quidẽ,qm q ,pbat ipsum ,ppter quid,p propositiones immediatas cõcluditur. Causa.n. debet per se inesse,& ,pxime. Qui vero ,pbat ipsum qa p ,ppositiones mediatas syllogizat. Ille:dicit sylls probans ipsum pp quid:qm nõ tantũ dicit esse: sed pp quid res ẽ. Alius aũt dicitur ipm qa probãs: qm nõ cur est:dicit. Sed simpliciter esse. Probat.n. solũ q his existẽtibus: illud est:nõ tñ q hoc sit huius causa. Secundũ alterũ vero.qm qui probat ipm qa, ex causato ad cãm procedit. Qui vero ipsum ,ppter quid,ex causa ad cãm, Vñ inqt, ¶ Differt aũt,qa & ,ppter qd scire,hoc est sylli, q ,pbant ipm qa & sylli,q probant ipm pp quid, differũt. Primo quidẽ in eadem scientia:& cũ dixit. Primo in eadẽ sciẽtia Innuit etiã q differant in alia atq alia . Et ,pptera cũ dixerit quo pacto differãt in eadẽ sciẽtia,dicet post multa,quo pacto differant secundũ aliã,atq aliã. De primo inquit . Et in hac differũt dupliciter . Vno quidem modo,si nõ per immediata fiat sylls. Hoc est:si non immediatę sint ,ppositiones . Ipsius.n.quia tunc erit sylls: Non.n.accipitur prima causa,quæ vero est scientia propter quid,per primã causam est. Sylls.n.qui probat propter quid, causam primã vult habere i medio termino. Hic est primus modus.deinde assignat secũdũ modũ,& inquit. Alio aũt.s.modo,syllogizat ipsum quia p immediata quidẽ,nõ aũt per cãm. Sed per notius eorũ quæ cõ

*Margin notes:* Com. 132. Philopo. expositio.

urrtuntur cũ cã. Eſt.n.hic modus ꝓpoſitionibus immediatis exiſtentibus, conuertentibus autem cauſa, & cauſato, quando notius ſit cauſatum quàm cauſa. Peopterea addit, ſed per notius eorum, quæ conuertuntur, hoc eſt ſed per notiorem eorum effectuũ, qui cum cauſa conuertuntur, vt ſi Cinis eſt ignis eſt, Hoc enim immediatam eſt, quoniam nullo alio medio termino indigemus ad finem. Sic igitur ſyllogiſmi, probantes quia eſt, & ſyllogiſmi probantes propter quid eſt, differunt in diuerſis, & in eadem ſcientia. In diuerſis quidem, quoniam ſyllogiſmi peopter quid eſt probantes in ſubalternante, & ſyllogiſmi quia eſt ſyllogizantes in ſubalternata habentur. In eadem veeo dupliciter, autem quoniam probantes quia eſt, procedunt per propoſitiones mediatas. Vtputa per cauſam remotam, aut per propoſitiones immediatas, hoc eſt per effectum eorum, quę cum cauſa conuertuntur, notiorem, & immediatum.
Expoſitio aliorum. Et hæc eſt expoſitio Philop. ❡ Alij vero volunt, Ariſt. hic afferre differentiam inter ſcientias. Vtputa inter ſcire quia, & ſcire propter quid, verum quoniam non ſcimus niſi per ſyllõs. ideo non poſſumus habeee differentiã inter ſcientias, quin habeamus diffeeẽtiã inter ſyllõs ſcientiã generantes. Nec poſſumus habere differentiam interr ſyllogiſmos, quin habeamus differentiam inter ſcirntias. Quaee expoſitiones hæ parum differunt.
Com. 28. & 34. Verum autem ſyllogiſmi facientes ſcire quia ſint demõſtrationes, an ſyllogiſmi demonſtratiui, vel dialectici, ſuprrius eſt diſputatum, & Philoponus hic eos vult eſſe coniectueas, verum de his ſuperius.


*Atq; nihil prohibet ut eorum quæ de ſeſe mutuo prædicantur notius interdum ſit id quod non rſt cauſa.*

*Prohibet enim nihil æque prædicantium notius aliquando eſſe non cauſam. Quare per hanc erit demonſtratio.*

Com. 133. Sed cõtra prædicta biſariã obijci põt. Peimo qm̃ conuertibiliũ nõ vr̃ altero alterũ notius eſſe poſſe ꝓpter cõuertibilitatẽ atq; ęqualitatẽ. Secũdo qa nõ videt̃, ꝙ effectus, atq; non cã eſſe poſsit notior cã. Ad hæc ergo reſpõdet, et inqt. ❡ Prohibet.n. nihil æque prędicantiũ atque conuertibiliũ notius aliqñ eſſe nõ cãm ipſa cã. Et ſic nõ eſt abſurdũ alterũ cõuertibiliũ alteeo eſſe notius, & ſic ſoluit̃ prima obiectio. Amplius nihil ꝓhibet nõ cãm, hoc ẽ effectũ eſſe notiorẽ cauſa, & ſic delet̃ ſecũda obiectio. Et ideo cõcludit. Quare per hãc.ſ. nõ cauſam, quæ eſt conuertibilis, & notioe ipſa cauſa, ecit demonſtratio.

*Quare demonſtratio per idipſum efficirtur ueluti uagas ſtellas eſſe prope, quia nõ micant. Vagæ ſtellæ ſunt, c, non micare, b, prope eſſe collocetur in, a, Verr igitur, b, dicetur de, c, uagæ nãq; ſtellæ nõ micant. At uere etiam, a, de ipſo dicrtur, b, quod enim non micat, id eſt propinquum. Hoc autem per inductionem uel ſenſum ſumatue, a, igitur neceſſr rſt ipſi competere, c, Quare demonſtratum eſt uagas eſſr propinquas. Hæc igitur ratiocinatio nõ eſt ipſius propter quid eſt. Non enim quia non micant, uagantrs ſtellæ ideo ſunt prope, ſed quia ſunt prope, ideo non micant.*

*Vt quod prope ſint planetæ, per illud, ꝗ non ſcintillent. Sit in quo, c, planetæ, In quo, b, non ſcintillare. In quo, a, prope eſſe. Verum igiter eſt, b. de, c, dicere. Planetæ, n non ſcintillant. Sed &, a, de, b, Non ſcintillans enim prope rſt. Hoc autem accipitur ꝑ inductionẽ, aut ꝑ ſenſum. Nrceſſe igitur eſt, a, ipſi, c, ineſſe. Quare demonſtratũ eſt, quòd planetæ prope ſint. Hic igitur ſyllogiſmus nõ eſt eius, quod eſt propter quid. Sed ipſius quia eſt. Non rnim ex eo ꝗ prope ſunt. Sed propter illud ꝗ prope ſunt nõ ſcintillant.*





Cum dixiſſrt differentias ſyllogiſmorum, hic eorum quæ dixit, exempla affert, & prius ſecundi modi eorum, qui in eadem ſcientia, ipſius quia, & ipſius propter quid ſyllogiſmorum exemplo facit, & inquit. ❡ Vt ꝙ prope ſint planetæ, propter illud ꝙ non ſcintillant. In quibus tetigit concluſionem, videlicet planetæ prope ſunt. Et medium atq; peopoſitiones, videlicet planetæ non ſcintillant. Deinde diſponit ſyllogiſmum in propoſitionibus & teeminis ex duabus affirmatiuis in prima figura hoc modo, planetæ non ſcintillant. Quęcunq; nõ ſcintillant, prope ſunt, planetæ igitur prope ſunt. Vnde inquit. Sit in quo, c, planetæ, ita vt minor propoſitio ſit, b, c, hoc eſt planetæ non ſcintillant. in quo, b, ſit non ſcintillare, hoc eſt non micare, vel non vibraee, & hoc, vt medius teeminus, & affectus eius, quod eſſe prope eſſe. In quo, a, ſit prope eſſe. Vtputa cauſa: & maior extremitas, ita vt maior propoſitio ſit, a, b, hoc eſt, quæcunq; nõ ſcintillant, prope ſunt. Tunc colligit ſyllogiſmum, & inquit. Verum igitur eſt, b, de, c, dicere, planetæ enim nõ ſcintillant, hæc fuit minoe. Sed &, a, de, b, etiam verum eſt, non ſcintillans.n. prope eſt. Et ſic habetur maior. Et quia hæc maior eſſrt forte dubia, quaſi affert probationem, & inquit. Hoc autem.ſ. ꝙ non ſcintillans ſit prope, accipitur pee inductionem, aut per ſenſum, verum illud aut non diſiunctiue, ſed copulatiue (vt Philoponus inquit.) Accipit pro & nam argentum prope poſitum non ſcintillant, procul veeo, ſcintillãt, ſimili modo luceenarum lumen, procul ſcintillant, prope vero exiſtens, nõ ſcintillant. & ſic de ſingulis, ergo non ſcintillans prope eſt, & ſic maior perſpicua eſt & ex ſenſibus manifeſta. Cã cur aſtra qui a lõge videmus ſcintillare: prope autẽ non.
❡ Huius cauſam aſsignat Philop. quoniam in longum tracti intuitus, debiliores efficiũtur. Et iccirco magis patientes a lumine habent ſcintillationis phãtaliã. Propinquioribus vero exiſtentibus lucidis corporibus validiores ſeſe illis adijcientes aſpectus. Minus ab ipſis patiunt̃. Et hanc ob cãm, qui debiliores intuitus habent, etiã propinquo lucida corpora ſcintillare putant, lucernariũ lumen, aut aliquid tale. Si vero ꝗ̃ plurimum debiles ſint intuitus, neq; reſpicere lucernariũ lumen poſſunt, multa interueniente ſcintillatione, quare quæ prope ſunt, non ſcintillant. Excipiũt autẽ ab his ſolẽ & mercuriũ: Nam, vt in ſecundo lib. de cœlo dicitur. Sol & Mercurius vibrãt, & hãc ob cãm Mercurius a veteribus, vt Simplicius dixit. 2. de cœlo. Stilbon dictus eſt, hoc eſt ſcintillans. Te cõ. 84.
Sed quę ſtellę vibrẽt quę aũt nõ, & cur in. 2. lib. de cœlo perquirendũ eſt. His ſic diſpoſitis, & in figura ordinatis colligit, qualis nã ſyllogiſmus ſit, & inqt. Hic igitur ſyllogiſmus nõ eſt eius, quod eſt propter quid, hoc eſt demõſtratio cuius medium ſit cauſa, propter quam concluſio eſt. Sed eſt ſyllogiſmus ipſius quia eſt, hoc eſt cuius medium eſt effectũ, per quem cauſam eſſe abſolute ſyllogizatur. Et affert cauſam, & inquit. Non.n. ex eo ꝙ non

ſcintillant

ſcintillant ſtellæ,prope ſunt.Sed propter illud ꝙ prope ſunt,non ſcintillant.vt declaratum eſt,per inductionem ex ſenſibus deductam, hęc de exemplo.

*Fieri etiam poteſt,ut per alterum alterum oſtendatur , atque tunc erit ipſius propter quid eſt ratiocinatio. Nam ſtellæ uagantes quidem ſint.c. Prope autem eſſe in.b.& non micare collocetur in.a. Et.b.igitur competit ipſi.c.nam uagantes ſtellæ ſunt prope. Et.a.conſtat ipſi competere.b. Ea namq; non micant, quæ prope ſunt,Quibus fit ut.a.quoq; competat ipſi.c. Atq; hæc eſt ratiocinatio ipſius pp quid eſt . Nā ſumpta eſt ipſa cauſa prima.*


*Poteſt autem & per alterum,alterum demonſtrari, & erit ipſis propter quid demonſtratio. Vt ſit.c.planetæ. In quo.b.prope eſſe.a.non ſcintillare,Eſt igitur & b.in.c.& a.in.b.quod eſt non ſcintillare.Quare & a.in.c.Et erit ipſius propter quid ſyllogiſmus.Sumitur enim prima cauſa.*




Com. 135. Cum demonſtraſſet Stellas prope eſſe,medio termino exiſtente non ſcintillare.Maiore autem , prope eſſe. Nunc ponit exemplum demōſtrationis propter quid, & conuertit ordinem terminorum,qui fuerunt in priore demonſtratione, & ponit maiorem terminum , ſcilicet prope eſſe,terminum medium vero ſcilicet nō ſcintillare.Maiorem , & ſic ſyllogiſmus erit propter quid. Nam cauſa in medio collocatur,hoc pacto,planetę prope ſunt , quod prope eſt ,non ſcintillat . Planetæ igitur non ſcintillant. Hic igitur eſt ſyllogiſmus propter quid: ex cauſa enim cauſarum demonſtratur,quoniam ex eo ꝙ prope ſint demonſtratur planetas nō ſcintillare. Vnde inquit. ℂ Poteſt autem:& per alterum , alterum demonſtrare hoc eſt viceuerſa maiore in terminis conuerſa,quę licet ſit vniuerſalis affirmatiua , poteſt tamen conuerti in terminis,quoniam eſt de omni per ſe, & ſecundum quod ipſum.& ſic conuerſa maiore.Erit ipſius propter quid demonſtratio . Deinde diſponit terminos : vt intelligatur maiorem in terminis eſſe conuertēdam,& inquit. Vt ſic.c.planetæ. In quo.b.prope eſſe.a. ſit non ſcintillare. Tunc ex his eligit ſyllogiſmum,& inquit.Eſt igitur &.b.in.c.ita,vt minor ſit.b.c. hoc eſt planetæ prope ſunt. Et.a.in.b.ita vt maior ſit.a.b. hoc eſt, quod prope eſt,non ſcintillat.Quare &.a.in.c.id eſt quare ex his ſequitur ꝙ.c.ſit.a.hoc eſt ꝙ planetę non ſcintillant.Et hoc pacto terminis diſpoſitis.Erit ipſius propter quid ſyllogiſmus.Sumitur.n.in medio illius prima cauſa.Ergo ſyllogiſmus talis erit propter quid.

*Rurſus fit ut luna per accretiones demonſtretur eſſe rotūda, quemadmodum quidam demonſtrant,nam ſi rotundum eſt id omne quod ſic accreſcit.Luna autem ſic accreſcit,perſpicuum eſt lunam eſſe rotundam. Atq; hoc quidem modo ea facta eſt ratiocinatio,qua ipſum eſſe oſtenditur. At ſi medium contra ponatur, extruetur ipſius propter quid eſt ratiocinatio,non enim ob excretiones tales rotūda eſt luna. Sed quia eſt figuræ rotūdæ,ideo talia ſuſcipit incrementa , atq; ſit in.c luna rotundum in.b.ſit,accreſcere ponatur in.a.*

*Iterum ſic lunā demonſtrant,quoniam rotunda eſt,per accrementa. Si enim quod ſic augetur,rotundum ſit . Augetur autem ſic luna. Manifeſtum,quoniam rotunda eſt. Sic quidem igitur ipſius quia ſyllogiſmus factus eſt.Contra autem poſito medio, ipſius propter quid ſyllogiſmus fit.Non enim propter accrementa ipſius rotunda eſt.ſed quia rotunda eſt,accipit accremēta huiuſmodi.Luna ſit in quo.c.rotundum in quo.b.Augmentū in quo.a.*




Hic ponit ſecundum exemplum & demonſtrationis,quia & demonſtrationis propter quid . Quoniam primo ſyllogizat cauſam per effectum . Secundo cauſam per effectum,conuertendo maiorem in terminis,& ſic vtriuſq; ſyllogiſmi exempla ſimul aſsignat,& inquit. Com. 136. ℂ Iterum ſic Lunam demonſtrare , quoniam rotunda eſt:per accrementa qui ſunt per corniculationem,& cæteras figuras,quæ in augumento lunę obſeruantur.Tūc ponit ſyllogiſmum,& inquit . Si enim quod ſic augetur ſcilicet per corniculationem , & cęteras lunæ variationes,quæ in accremento fiunt.Rotundum ſit: augetur autem ſic Luna,ſcilicet corniculatione & alijs variationibus,Manifeſtum,quoniam rotunda eſt . Tunc recolligit vim exempli,& docet facere exemplum demonſtrationis propter quid:& inquit . Sic quidem igitur ipſius quia ſyllogiſmus factus eſt , cōtra autem poſito medio, ipſius propter quid ſyllogiſmus ſit. Et aſsignat cauſam: & inquit.Non enim propter accrementa ipſius ,Luna rotunda eſt . Sed quia rotunda eſt , accipit accrementa huiuſmodi, ſcilicet per corniculationem , & huiuſmodi cæteras variationes . Tunc diſponit terminos in figura ſyllogiſmi propter quid:& inquit. Luna ſic ſit in quo.c. Rotundum in quo.b.Augumentum in quo.a . Et ſic ſyllogiſmus erit: luna eſt rotunda: Rotundum ſic augetur. Luna igitur ſic augetur.


*In quibus autem ipſa media non conuertuntur , & eſt id notius quod non eſt cauſa,oſtenditur quidem eſſe.Ipſum autem propter quid eſt non demonſtratur.*

*In quibus autem media non conuertuntur,& eſt notius, quod non eſt cauſa,ipſum quidem quia demonſtratur , non autem ipſum propter quid.* Com. 137. 1. expoſitio Mediū nō conuertibile in triplici eſt differentia.

Hic textus non eſt clarus,ꝓpterea ab expoſitoribus non vno modo exponitur , nec nos eum vna ratione intelleximus. ℂ Prima ergo ratione exponit ꝙ mediū

est hoc: q̃rens.n. si homo est animal, quærit si animal est aliquid hominis, etenim genus aliquid illius est, cuius ẽ genus. Quærens etiam si nix alba est: q̃rit si album est aliqd niuis, nam accidẽs est aliqd illius, cui accidit. Quęrens etiã si luna deficit: quęrit si eclipsis aliquid lunæ sit. uidelicet an passio sit ipsius. Hanc expositionẽ Alexander affert, ut Simplicius meminit hic, dicit.n. Alexãdrũ in parte pro diuiso accepisse, simpliciter vero ꝓ indiuiso, qui.n. q̃rit si Deus est, indiuisum quærit. cũ esse & res idẽ sint, q uero an nix alba sit diuisum quęrit in duos terminos in subiectũ & pręđicatum: quare quærens si est quęrit simpliciter, quia indiuisum quid, quærens vero si huic hoc insit, i parte q̃rit, hoc est diuisum. ❡ Sed miror græcos interpretes, & longe magis latinos, cũ q̃runt expositionẽ, vbi Aris. seipsum exponit. Dicit.n. in parte quidem: vtrũ deficit luna aut augetur. Nã in huius quęstionibus quęrimus si defectus vel augmentum est aliquid, vel non est aliqd lunæ, & ita per partẽ intelligit aliqd: simpliciter ãt si est, aut non est luna aut nox, non.n. si aliquid est ipsius lunę aut nox: ecce quo modo Aris. seipsum exposuit, asserens se quęrere in parte, cum quęrit si aliquid est alterius, simpliciter, cũ non quærit si aliquid est alterius, exponit etiam & se postea clarius Aristo.

*Causa enim est ipsum medium atq; uniuersis hæc quæritur, deficit ne luna, est ne huius aliqua causa. Postea cognito hoc causam inquam aliquam esse, quidnam sit illa causa quærimus.*

*Causa enim est medium, in omnibus autẽ hæc quæritur. Vtrũ deficit, Vtrum est aliqua causa, aut non. Post hæc cognoscentes, quia est aliqua, quid igitur hæc sit quærimus.*

Non contẽtus (ut inquit Simplicius) Inductione, nũc Comment. 6.
syllogismo ꝓbat oẽs q̃ones esse medij: & quidẽ i prima Syllo. tex. secundum
figura, vt igr hoc pacto, Causa q̃rit i omnibus q̃onibus, Simplici.

Mediū est causa, Ergo mediū q̄ritur in oībus q̄onibus. De ratione primo accepit minorē: & inquit. ¶ Causa n. est medium, hoc est medium est causa. Deide accepit maiorē. & inqt. In omnibus autem hæc quæritur. Ergo supple medium in omnibus quæstionibus quæritur.

Refutatio. ¶ Sed pace Simplicij: hic sylls non potest esse in prima figura: alioquin in prima figura ex puris particularibus coniugatio esset inutilis. ¶ Quare arbitror syllm esse i tertia figura hoc pacto. Causa q̄ritur in oībus q̄onibus.

Sylls tert. fm g̃piā mentem Ditamus. Omnis causa est medium. Ergo medium quæritur in omnibus quæstionibus. Huius sylli primo accepit minorem quam intelligas vl̄r sic. Omnis causa est mediū: deinde maiorem: quæ est causa q̄ritur in omnibus q̄stionibus. Ergo sup. medium queritur i omnibus questionibus. Quod causa queratur in omnibus questionibus: vt recte Simplicius inquit: probat inductione & inquit, ut vtrum luna deficiat: vtrum est aliqua causa, aut nō, qua sciamus lunam deficere, nec induxit in alijs qa in omnibus idem est. Cū. n. quærimus si Deus est, q̄rimus si medium est, quo Deum esse sciamus: & in ceteris id genus

Philopo. similiter. ¶ Addit Philoponus, & recte: in omnibus q̄stionibus quæri causam: quæ medium est, non tamē in omnibus eodem modo, nam in quæstione quia est, & si est, si est causa, quærimus. in quæstione vero quid est, &

Nota iā ā. ,ppter qd est, quid sit causa: querimus. ¶ Animaduersione dignum vnam eademq; questionem esse quia est: & si est f̄m subiectū. Alterā uero alterā ratione, nā q̄stio si est medium, huius propositionis luna deficit, respectu medij siue causæ dicitur si est, respectu vero ,ppōnis dr̄ qa est denotans autem Aris. si est mediū esse q̄onē si est respectu medij, subscribit: post hæc cognoscentes qa est aliqua, qd igitur hęc sit quærimus q̄re si est medium: vel causa qō est si est respectu medij vel causæ, alioquin nō quæreremus illa cognitio: quidnam illa causa vel medium sit. Bene ergo dictum est q̄onē si est cā vel mediū esse questionem si est, & quia est. Alia tn̄ atq; alia rōne.

Dubiū et et prima ¶ Sed dubitaret fortasse q̄spiam contra hæc. Primo, qa si in omnibus q̄onibus quęreretur causa: tunc omnes q̄ones essent ,ppter quid cum causa & propter qd, idem sit.

Scda dubi. ¶ Secūdo, dubitat Simplicius qūo in questionibus si ē: et quid medium queritur. Medium. n. subiecti & predicati est, quę extrema sunt. In q̄onibus aūt in his non nisi subiectū tm̄ est, aut predicatum quod querit, & non extrema, ergo in talibus mediū queri non potest. ¶ Sed

Solutiones Ad. 1. dicendum ad primum Arist. per cām non principiū, essendi intellexisse, sed principiū cognoscēdi, qua ratione etiā effectus dr̄ causa, cū sit cognoscendi principiū, hoc

Ad. 2. enim pacto causa & medium idē est. ¶ Ad secundū vero Simplicius longa narratione r̄ndet. Ego vero breuibus dicerem in q̄onibus simplicibus nō accipi medium: ut accipitur in cōpositis. In compositis. n. prędicatur: & subijcitur. In simplicibus uero accipitur bis, cū accipitur semel in hypothetica, & semel in destructione, vel constructione hoc pacto: si motus est: Deus est, sed motus ē ergo Deus est, Medium est motus, cū in hypothetica, & in cōstructiua propōne assumatur. Præterea. si vacuū ē, motus elemētorū ēēt subitarius. Sed motus eltorū nō est subitarius: ergo vacuum non est. Medium est motus subitarius: accipitur enim in hypothetica: et in destructiua propositione, & sic in omnibus questionibus medium quęritur: licet non eodem modo.

*Causa n. tā essendi simpliciter, q̄ essendi quidpiā eorū quæ uel per se uel p accidēs cōpetūt ipsum mediū est. Atq; simpliciter ee dico subiectū ipsum, ut lunā, aut solem, aut terrā, aut triangulum quidpiā esse, ut defectione si in medio uniuersi consistat, an non in eo consistat, æqualitatem, inæqualitatem & huiuscemodi.*

*Causa n. essendi non hoc aut hoc, sed simpliciter substantiam, aut non simpliciter, sed aliquid eorum, quæ sunt per se: aut secundū accidens, medium est, dico autē simpliciter quidē subiectū, ut lunam, aut terram, aut solem, aut triangulum, quid autem defectum, æqualitatem, inæqualitatem, si medio sit aut non.*

Sed quia accepit in syllogismo proximi textus hāc minorē, causa est mediū, exponit illam: & declarat: quę causa medium est, posset enim quispiam dicere, eā causam esse medium, quę accipitur solum in questionibus compositis, nam i illis potest mediū esse extremorum, in ceteris duabus: cum non possit accipi inter extrema: causa non erit medium: Ideo vult causam, quę medium est, esse causam essendi, non hoc aut illud. s. solum in q̄onibus cōpositis. Sed esse causam essendi simpliciter substantiam: quę est in vtraq; simplici questione, vbi non queritur nisi esse simpliciter, quod est substantia quesiti, & non solum essendi vel non essendi in q̄nibus simplicibus, sed non essendi simpliciter, sed hoc vel illud eorū quę aut per se, aut per accidens insunt. Quare per causam intelligo quę est principium in omnibus questionibus. s. cognoscendi (vt dictum est) inquit. ¶ Causa enim essendi nō hoc aut hoc: sed in compositis questionibus. Sed essendi simpliciter substantiam: aut non simpliciter essendi substātiā, sed aliquid eorum, quę sunt per se, aut secundum accidens medium est: quasi dicat intelligo p causam pricipiū quo cognoscimus: & terminamus omnem questionem, & simplices, quę sunt de esse & substantia, & compositas, quę sunt de prędicatis: quæ per se: aut per accidens subiectis insunt. Et ita per causam essendi simpliciter: vel essendi hoc, nō intelligit principiū essendi, quod est propter quid. Sed per verbū essendi: & per verbum essendi hoc intelligit in questionibus de esse, & in questionibus de inesse hoc i hoc. Talis autem causa essendi, vel essendi hoc, principium est cognoscendi. ¶ Aiaduersione dignū questitū qd est de esse substātiam: vel de esse simpliciter: esse questium si est, & qd ē. Questitum essendi uel non essendi hoc, aut illud est quesitum compositum quia est, & propter quid est. hoc aūt potest esse eorum accidentium, quę cōuersim subiectis insunt, & hęc sunt accñtia p se: vel quę insunt plerūq: & hęc appellat per accidens. Et exponit qd per simplr: & quid per aliquid ipse intelligit, quę etiā exposuit, & inquit. Dico autem simpliciter quidem, cum dixi essendi simpliciter, subiectum s. sine prędicato, & cū solo verbo est, vel non est, vt lunam, aut terram, aut solem, aut triangulum. Per lunam & solem tangit astrologiam: per terrā tangit naturalem scientiam, per triangulum vero tangit geometriam. Quid vero appello defectū de sole, & de luna. Est. n. defectus aliquid solis vel lunę, ęqualitatem de triangulo, ęqualitas enim & inęqualitas aliquid trianguli sunt. Si in medio sit: aut non de terra, esse enim in medio mundi est aliquid terrę. Questio ergo simplex est, quando questitum nihil ponit ultra rel esse: quando vero ponit aliquid alicuius prędicamenti, questio est in parte: & dicitur composita.

Cōmēt. 7.

Notandū.

*In his. n. omnibus patet idem esse quid est, atq; propter quid est.*

*est. Quid est lunæ defectio priuatio lunæ lucis ob interpōnē terræ propter quid est defectio aut cur deficit luna, quia lux eius deficit, obijciente se terra. quid est concentus. ratio numerorum inter acutum & graue. Cur inter sese graue atque acutum consonant? quia numerorum inter sese suscipiunt rationem acutum ipsum & graue. Est ne inter acutum & graue concētus, constitue ratio ipsorum in numeris. Quod simul atque percepimus, quænam sit illa ratio quærimus.*

*In omnibus n. his manifestum est, q. idē sit qd quid est, & pp quid est, quidē defectus, priuatio luminis a luna, a terræ obiectu. Propter quid est defectus, aut propter quid deficit luna, propter defectum luminis obiecta terra, quid est consonantia ratio numerorū in acuto & graui. Propter quid consonat acutū & graue, propter id quod rōnē habet numerorū graue & acutū. Vtrū est consonare acutū & graue? Vtrum sit in numeris ratio eorsūt accipientes autem quia est, qui igitur est ratio quærimus.*

Cōml. & Expositio Philopo. Non est facile verba hęc intelligere: Philopo. n. hic dicit Aristotelem ostendere in quibus idem est qd est, & propter quid est, & vult illa esse eadē in his quę alteri insunt, non autē in his, quę per se sunt. Defectus. n. est alteri inhęrens. s. lunę, & in hac re qd & propter quid idē sunt. Nā qd est defectus, respectu defectus est quid est: respectu quo alteri inhęret est propter quid est. Interpositio n. terrę respectu defectus est quid est: respectu, quo lunę inhęret, est propter quid: quare in omnibus his quę alteri inhęrent, idem est: quid est, & propter qd est, in his vero quæ per se sunt, simpliciter, non idē sunt. Quam expositionē si recte percepi, Simplicius sequetur.

Propria expositio. ¶ Potest etiam exponi, & magis ad verba Arist. epilogare duce quę prolixe declarauit. Declarauit. n. idem esse quid & propter quid, & idem esse si est, & qa est. Hęc nunc epilogat, & quasi per exempla illa iterum pbat, & propterea visus est particula. n. quę est redditiua causę eorum quę dixit, inquit. ¶ In his. n. omnibus. s. quę diximus, perspicuum est idem esse quid est, & propter qd est, & qa dixit in omnibus his, exponit quę hęc sint, & inquit. Quid est defectio, priuatio luminis a luna a terræ obiectu: hęc est quod quid est respectu defectus. Q d uero sit propter quid, ostendit, & inquit. Popter qd est defectus, sup. lunę inexistens, quod exponit cum inquit. Aut propter quid deficit luna, propter defectum luminis obiecta terra. Ecce quō idē est quid & propter qd. Interpositio. n. terrę est quid defectus, & est propter qd respectu, qn defectus inest ipsi lunæ. Deinde assignat aliud exemplum, & inquit. Quid est consonātia rō atque proportio numerorum in acuto & graui proportio (vt Philoponus inqt.) Aut dupla, aut tripla, aut sexquialtera, aut sexquitertia. Propter quid consonat acutū graui. i. propter quid consonantia inest acuto & graui numeris, propter id q acutum & graue habent rationē numerorum, & ita patet idem esse quid & propter quid. Alia tamen atque alia ratione. Proportio. n. numerorū ē quid ipsius consonantiæ cum ipsa capitur in se, est propter quid cum ipsa accipit vt inexistens alteri. Deinde per exempla ostendit idem esse si est, & quia est. Nā respectu propositionis si est mediū, est: quia est medium: respectu sui & in se, si est medium, ē si est medium inqt. Vtrum est cōsonare acutum & graue: hoc est utrū numeris acuto & graui insit consonantia, tantum est, ac si quæramus. Vtrum insit numeris ratio acuti & grauis & ita idem est si est medium, & quia est quando medium accipitur respectu propositionis. Quādo vero in se accipitur, si est medium, non est quia est medium, sed solū si est medium, cuius signum affert, quia cognoscentes qa est medium ipsa ratio, quærimus quid sit ratio, quod non quæreremus, nisi idem esset quia est, & si est.

*Indicat etiam ex quorum medium sensu percipi potest, nos ipsum medium quærere. Nā nō sentientes lunæ defectionem, & nec an non est defectio quærimus lunæ quia si essemus in ipsa luna, neque si fit, neq; cur fit defectio utiq; quæreremus sed simul utrū que fit nobis ultro offerret, atq; pateferet.* Text. 2.

*Quod autem sit medij quæstio, ostenditur quādocunq; mediū est sensibile. Quærimus. n. non sentientes, ut defectu si est uel nō. Si autem essemus supra Lunam, nō utiq; quæreremus neq; si fit, neque propter quid fit, Sed simul manifestumutiq; esset utrūq;.*

Commē. Omnes qōnes esse medij iductione, & syllogismo: & exēplis pbauit. Nūc āt hoc idē sensus astipulatione cōfirmat, nā licet sensus astipulatio imbecilla sit pbatio, tñ ē via (vt inquit Themistius) qua in cognitionē cāę sumus. Præterea (vt dicit Auerroes) Astipulatio sensus, est examē oium rationum, inquit. ¶ Qd sit medij qō in omnibus quæsitis, oñditur qñcunq; mediū est sensibile: nā cā qte mediū quærimus, ē, qa ipsum sensu non percipimus: ideo dicit. Quęrimus. n. non sentiētes: vt defectu, si ē, vel nō est medium qñ. s. non sentimus mediū. At si in ipsa luna essemus, & supple videremus simul lunā deficere, & terræ iterpositionē, nō vtiq; qreremus si sit lunę defectio, neq; pp qd sit lunæ defectio, sed sil' vtrūq;. s. qa deficit. & pp quid deficit nobis manifestū esset. Similiter rōne supplēdū est, nobis esse notū: & si ē mediū, & qd est medium. Quare cessaret omnis qō, quæ ratio docet in oibus qsitis solū mediū qri, q ipso apprehenso, mox cesset omnis qō. Et itelligas hęc (vt supius exposuimus) oēs qōnes esse medij respectu quęrētis, respectu vero rerum, q̄ quęrunt, non oēs qōnes medij sunt, nā si ē, qō est subiecti, qd est qō est predicati: qa est qō ē propōnis an vera sit, pp quid est: qō est propōnis cur vera sit. Ergo respectu rerum, quę quæruntur, qōnes aliquæ, non sunt media, sed respectu quærentis, qui nunq; cessat quærere: nisi medium inueniat: omnes quæstiones sunt medij. Supra c. 6. 5

*Etenim ex sensus perceptione, & ipsum uniuersale notum nobis fuisset. Sensu n. iq; terram nunc sese obijcere lunæ cognosceremus. Pateret enim uisu nunc deficere lunam atq; ex hoc ipsum emersisset uniuersale.*

*Ex eo. n. quod sensissemus, et uniuersale factum esset notū. Sensus quidem. n. fuisset, quoniam nūc obijcitur. Etenim manifestum esset, q nunc deficiat. Ex hoc autem uniuersale fieret.*

Sed obijceret qs: si per sensum peiperemus causam, cum percipere cām sit scire, tūc per sensum sciremus & ita sentire esset scire, cuius contrariū dictum est primo huius. Volūt ergo Themistius, Simplicius, & Philopo. Arist. remouere in dictis sitis contradictionē. ¶ Respondet ergo Arist. sentire nō esse scire. Sed sensus causæ particularis: s. scilicet q nunc deficit, esset via, qua vniuersale nobis notū fieret. Multū. n. refert sensum eē viā ad sciēdum, et esse scientiam, inquit. Ex eo. n. quod sensissemus, & vniuersale factum esset notum. Quo modo vero vniuersale fieret notū ex sensatione particularis causę, exponit, & inquit. Sensus quidem enim fuisset de particulari causa. s. quoniam nunc obijcitur terra. Eteni per particularem causam fuisset notus particularis effectus, & ita esset nobis notum ex hac particulari interpositio- Cōml. 10. Text. 44.

ne per sensum nota ꝙ nunc deficit ex hoc autē apprehenso per sensum.s.ꝙ interposita nūc terra. Luna nunc deficit:fieret vniuersale scilicet ꝙ quandocūꝗ terra interponit,semper tunc luna deficit. Quare sentire nō esse scire:sed est via ad sciendū,quatenus ex sensatione particularis causæ respectu particularis effectus,apud intellectū fieret nota vlis causa,seu suppositio significās uniuersalē causam,respectu uniuersalis effectus. Notan. ℂ Animaduertendum per sensum(Vbi fuissemus supra lunam tēpore defectus,nos tria percipere)Lunam nunc deficere,quod esset particularis effectus.Terrā ipsam sese nūc obijcere quod esset particularis cā:&particularē habitudinem illius particularis causę ad particularem illū effectum.Cognosceremus.n.terra nunc interposita: nunc lunā deficere. Dubī. ℂ Sed tūc est dubī nō parua,qa ex vna,ppositione particulari non sequit vlis,ergo non sequitur. Terra nunc interposita.Luna non deficit. Ergo quandocunꝗ terra interponitur,semper luna deficit. Sic.n. vle ex particulari deduceretur,contra regulas prioristicas. R.ſ.Simpli. & Philopo. ℂ Rńdent Simplicius,& Philopo. Sensum proprie nō cognoscere nisi singulare. Vtpote,ꝙ ad pńs obijcit: & non quod semper obijciat. Tñ ex hoc singulari sępius cognito fit secundum intellectū vlē. Fortasse ex sensitiua perceptione illius vnius singularis. Intellectus addie de similibus idem esse iudiciū in his,quę per se sunt. Nō n.refert i his,ꝗ p se sunt particulariter,& vlīter apprehēdere. Alia dubī. ℂ Pręterea adhuc dubitares. Nam primo huius Arist.dixit,ꝙ si essemus supra lunā adhuc quęreremus ꝑpter quid.hic vero asserit cessare omnem quęstionē. Solutio. ℂ Potest dici Aristo.primo huius asserere si essemus supra lunam. Nos adhuc quęrere propter quid, vt daret intelligere sensitiuam perceptionem non esse immediatam causam scientię. At hic asserit cessare omnē quęstionem:ad significādū sensitiuam perceptionem mediȷ esse causam remotam,per quam de remoto saltem cessat omnis quęstio,hoc pacto hęc non aduersantur.

*Vt igitur dicebamus idem est scire quid est & propter quid est. Et hoc,aut simpliciter & non aliquid eorum quæ sunt, aliquid eorum quæ competunt,ueluti,duo recti, aut maius, uel minus, & huiusmodi. Patet igitur omnia quæ quæruntur medij quæstionem esse.*

*Sic igitur dicimus,quod quid scire idem est, & propter quid est. Hoc autem aut simpliciter,& non eorum quæ insunt aliquid, aut eorum,quæ insunt, ut quoniam duo recti sunt, aut maius,aut minus est. Quod igitur omnia, quæruntur, medij quæstio sint Manifestum est.*

Cōmē. II. Nō facile intelligere,qd Arist.hic velit.Simplicius.n. Expositio Simplicij. dicit Aristo.Nunc dicere idē esse qd est: & pp quid est. Obiectio. ℂ Et tunc dubitat,qa cum superius hoc dixerit,superSolutio. fluit nunc idem repetere. Verum innuit solutionē, asserens non esse hoc inductum de per se. Sed tanꝗ sequēs ad pńtē rōnē. San.Tho. ℂ Vnde nō iniuria expositor dicit. Ari. exemplo assignato de luna nunc concludere, qd superius per se exposuerat,videlicet ꝙ idē sit quid est,& ꝑpter quid est. Dicit.n. ℂ Sicut igitur diximus, qd qd est scire idem est & pp quid est scire. Ex eo.n. ꝙ vidimus terram interpositā.scimus & quid defectus sit, & ꝑpter Verborum expositio. quid luna deficit. ℂ Quo vero ad verba attinet. Debes scire Arist.non dixisse quid & propter quid esse idem. Sed dixit idem esse scire quid est,& propter quid est,ut notauit Simplicius,qm in vtrisꝗ scientiȷs in idem cōcurrunt:licet inter se differant. Deinde exponit in quibus sunt idem. Et vt Philop. videt aut & aut; pro tā & ꝗ intelligenda sunt in hunc modum. Hoc autē est uerū ea esse idē. Aut idest tā qñ quid est aliquid eorū est,quę simpliciter sunt, & nō eorū quę insunt,quasi dicat tā i subiectis,quæ simpliciter sunt,& non alteri inherent,aut idest ꝗ aliquid eorū,quæ insunt, hoc est ꝗ in accidentibus. In vtrisꝗ.n.his quod quid est,& propter quid est. Exposuit autem illa quę insunt per exempla & inquit. Vt quoniam duo recti sunt.quæ triangulo insunt, aut qm̄ supple iris maius aut minus est sua Diametro. Hæc.n. sunt:quæ alteri insunt, quorum quod quid est: & propter quid est. Huius cām assignat Philopon.quia in his subiectis,quę simpliciter sunt:qd quid est cā est ipsius esse ipsis,vt quid est triāgulus. Hoc.n.causa est ipsius esse triāguli. ℂ Quā expońē(si recte percepi)Simplicius sequit. Et fortasse textus legēdus est(vt iacet) hoc pacto: dico āt quod quid est idē esse propter quid,non in omnibus,aut in his:quę simpliciter sunt:aut in his,quæ alteri insunt:quod est verū pro secunda parte,inqt. Hoc āt qd quid est:aut est aliquid eorum, ꝗ simpliciter insunt, vt sunt substantię,& nō eorum:quæ alteri isunt: vt sunt accidentia. q. d. verum ipsum quod quid est: quod est idem ipsi pp quid est,aut est aliquid idest quod quid est substantiarum:aut eorum,quæ alteri insunt:vt accidentium. Et vult pro secunda parte esse verum, nam quod quid accidentium est propter quid,& cā, cur illa insunt subiectis. Diximus.n.quod qd est accidens esse qd illius absolute considerati,ꝑpter quid uero illius,ut alteri inhęrēt. ℂ Quā expositionē expositor sequit. Demū omnē qōnē esse medȷ epilogat cū inqt,ꝙ igitur omnia,quę quærunt,medȷ qō fiet manifestū. ℂ Verū magna dubi Thomas. tatio est. An omnis qō sit medȷ:primo quia mediū est i Dubī. demōstratione ꝓcognitū,nō ergo q̄situ. Præterea si qō esset medȷ,cum illa qō esset qō. Tūc quæstio medȷ esset qō alterius medȷ:& sic in infinitū. Insuper qō medȷ q̄lis q̄stio est:an simplex,an composita. ℂ Debes scire hanc Respon. propōnē omnis qō est qō medȷ,posse bifariā itelligi,aut Hæc ppositio oīs qō est qō medȷ bifariā intelligi pōt. in prædicatione causali:aut in prædicatione formali. In prędicatione causali sensus est,omnis qō est propter defectum medȷ:& hoc pacto intelligit Arist. in prædicatione vero formali sensus est,in omni qōne mediū est q̄situm,quod falsum est,quia ante demonstrationē est prę cognitum. Argumenta ergo concludūt qōnes non esse medȷ in prædicatione formali,qd cōcedo. Cū quo stat oēs esse medȷ in prædicatione causali, cum omnes sint ob medȷ defectum,nam si in vnaquaꝗ qōne mediū sciremus,non amplius q̄reremus. Vbi.n.sciremus mediū quo Deus est,non q̄reremus, si Deus est. Et si sciremus medium quo homo esset animal rationale,non quęreremus quid homo esset:& si sciremus mediū:quo luna deficit:non quæreremus an luna deficiat,& si sciremus medium, propter quid luna deficit non quęreremus propter quid luna deficit. Quare quicquid quærimus & omnis quæstio est defectu medȷ. Medium ergo non est quæsitum,sed quęrendi causa. Quęsita enim illa quatuor sunt,causa quærendi illa quatuor, est medium.

*His itaq; determinatis dicendum esse uidetur, quoniam pacto ostenditur ipsum quid est,qui reductionis est modus,quid est denią; & quorum est definitio. Atq; antea dubitandum esse uidetur,idq; initium faciendum,quod maxime dicendis, erit accommodatum.*

*modatum. Dubitauerit itaq; quispiam, utrum fieri posit, ut idem rationeq; eiusdem, definitione, demonstrationeq;, sciatur.*

ἐπαγωγῆς. Introductionis. Reductionis. Inductionis.

*Quomodo autem quod quid est demonstratur: & quis modus introductionis, & quid est definitio, & quorum, dicemus, primum opponente, de ipsis. Principium autem sit futurorum, quod quidem est maxime proprium habitis rationibus. Dubitabit.n. utiq; aliquis utrum sit idem, & secundum idem definitione scire, & demonstratione.*

Côm. 12. His determinatis, Aristo. de definitione quatuor proponit. Primum quomodo quod quid est demonstretur i. ostendatur, an syllogismo, an diuisione, an compositione. Verbum enim demonstratur: non syllogismo demonstratiuo ostensum significat, sed communiter accipitur. Secũdum quis modus reductionis sit, hoc est quo modo definitio in demonstratione ipsa reducitur. Verbum enim introductionis grece est ἐπαγωγῆς, Latine sonat inductionem, siue reductionem. Erit ergo secundũ problema quomodo definitio inducitur: siue reducitur in demonstratione. Tertium quid est ipsa definitio, an demõstratio, an propõ. Quartum quorum est definitio an omnium entium: an solius substantię, & si solius substantię: an solius speciei, an generum, hæc sunt quatuor problemata, quę proponit, & statim ordinat se ad dicenda, & inquit. Dicemus primum opponentes de his: nã qui inuenit, prius dubitat, vt scribit Aristot. in metaphysica. Vnde vero primum dubitationem accipiet, exponit, & inquit. Principium autem sit futurorum: id est eorum: quę in futurum dicemus a dubitatione illius quod quidem est maxime propriũ habitis rationibus. Id autem videtur maxime accommodatum, quod erat quartum, videlicet quorum est definitio. Verum omnium, quorum est demonstratio. Sed quid per habitas rationes intelligit non est planum. Simplicius intelligit per habitas rationes: eas pertractationes: quę proxime dicentur: hoc est cętera tria problemata, quę consequenter dicentur post declarationem quarti problematis, exponit autem illud, vnde commode principium dubitãdi esse assumendũ proposuit, & inquit. ℂ Dubitabit.n. vtiq; aliquis: vtrum sit idem: & secundum idem definitione scire, et demonstratione. Addit autem. Secundum idem, vt Philoponus notauit, & Themistius, quia probabile est de aliquo vno & eodem cognitionem nos habere secundum aliud quidem per definitionem, secũdum aliud uero per demonstrationem. De triangulo.n. quid sit: per definitionem cognoscimus. Quod autem duobus rectis ęquales angulos habeat, per demonstrationem scimus. ℂ De necessitate vero capituli. Expositor asserit pertractationem hanc esse necessariã: ex eo: quia prius declarauit omnem quęstionem esse medij, & cum medium sit quod quid est, ideo nunc de ipso quod quid est, dicere cogitur. ℂ Simplicius uero dicit necessitatẽ capituli esse ex eo, quia dixit idem esse pp qd scire, & quid scire: ideo credet aliquis demonstrationem esse eorum, quorum est definitio, & contra definitionẽ esse eorum: quorum est demonstratio. Similiter credet idẽ esse demonstrabile, & definibile, rursus idem demonstrationem, & definitionem. Quae cũ non sint. Iure quærit an idem secundum idem sit demonstratione, & definitione scire. Themistius vero necessitatẽ cap. asignat ex eo, qa supra dictũ est quomodo q̃stiones composite monstrantur. Nunc vult agere an quod quid rei demonstrari posit. At hoc intelligi non potest: nisi prius disputetur. Verum omnia eodem respectu per demonstrationem & definitionem scire contingat. Quare ab hoc recte & incipit, hæc de cap. necessitate.

Quae expositor Thomas de huius capituli necessitate Simpli.

Themist.

*An idipsum fieri nequeat. Etenim diffinitio ipsius quid est esse uidetur. Omne autem quid est, uniuersale est, atq; affirmatiuũ. At ratiocinationes alias negatiuas, alias non uniuersales esse patet. Vniuersæ namq; ratiocinationes secũdæ figuræ sunt negatiuæ. Tertiæ autem uniuersales non sunt.*

*Aut ẽ impoßibile. Definitio enim ipsius quod quid est, esse uidetur, ipsum autem quod quid est omne uniuersale, & prædicatiuum est. Syllogismi autem sunt. Alij quidem priuatiui. Alij autem nõ uniuersales. Sicut in secunda figura priuatiui omnes sunt, in tertia uero non uniuersales.*

Soluit problema propositũ, & inquit. ℂ Aut est impossibile. Aut enim quod græce est ἢ est solutionis nota: non tamen certæ solutionis, sed dubiæ, est ergo solu. vt Themistius Philoponus & Simplicius exponunt, non omnium quorum demonstratio est, esse definitionem. ℂ Latini vero interpretes non bene textum intelligunt, cum verbum, aut disiunctiue legunt, nam (ut diximus) est nota dubię solutionis. Quod vero nõ omniũ, quorum est demõstratio: sit definitio, probat: & primo accipit definitionem esse rei vniuersalis, & affirmatiuę. Quam suppositionẽ probat sic. Omne quod quid est: est uniuersale, & prædicatiuũ. Definitio est ipsius quod quid est: ergo definitio est rei prædicatiuę & vniuersalis. Aristoteles accipit minorem, & inquit. Definitio.n. ipsius quod quid est, esse videtur. Deinde accipit maiorem, cum inquit. Ipsum autem quod quid est omne vniuersale & prædicatiuũ est, patet ergo definitionem esse vniuersalium, & prædicatiuorum, & per quod quid est, intelligit essentiam definiti, siue illa sit species, siue genus. Accepta ergo hac suppositione pro maiore, hoc pacto: definitio est rerum vniuersalium, & prædicatiuarum. Syllogismi autem sunt. Alij quidem priuatiui. Alij autem non vniuersales. Sicut in secunda figura priuatiui omnes sunt. In tertia vero non vniuersales. Ergo nõ omnium, quorum est demonstratio est definitio.

Côm. 13.

Sylo. text.

*Deinde nec eorum oĩum est definitio, quæ per primã affirmatiue demonstrantur figuram, quale est hoc. Oĩs triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales, aliaq; similia. Huius autem ratio est, quia id scire quod demonstrari potest nil aliud est quã demonstrationem eius habere, quare si est alium demonstratio: patet earundem & diffinitionem non esse. Nam si esset, per diffinitionem etiam quispiam scire demonstrationem non habens. Nihil.n. uetat, ut non simul demonstratio atq; diffinitio habeatur.*

*Postea neq; eorum, quæ sunt in prima figura prædicatiuorum omnium est definitio, ut quoniã omnis triangulus duobus rectis æquales habet. Huius autem ratio est, quoniam scire demonstrabile est demonstrationem habere. Quare si in talibus est demonstratio, est manifestum, q. non erit utiq; eorũ definitio. Sciet n. utiq; aliquis, & secundum definitionem non habens demonstrationem. Nihil enim prohibet non simul habere.*

Côm. 14. Latini. Expositio Philopo.

Latini expositores Aristotel. facere secundam rationem ad idem exponunt. ℂ Verum Philoponus Aristote. dicit soluere instantiam: nam cum ea, quæ in prima figura demonstrantur, sint vniuersalia, & affirmatiua: posset quispiam dicere saltem eorum esse definitionem. Propterea hanc instantiam soluens, inquit. ℂ Postea neque eorum, quæ sunt in prima figura prædica-

tiuorum,& vniuersalium omnium est definitio: vt quo niam non est definitio eius quod est omnis triangulus habet duobus rectis aequales, cuius tamen est demonstratio in prima figura. Quod vero illorum non sit definitio, proponit causam ie velle assignare, & inquit. Huius autem ratio est:& in assignando causam, accipit quid est scire ipsum demonstrabile, et inquit. Quoniam scire demonstrabile est demonstrationem habere, hoc stante, proponit conclusionem, quam vult probare, & inquit. Quare si in talibus scilicet vniuersalibus praedicatiuis est demonstratio, est manifestum: quod non erit eorum definitio, haec est conclusio, quam intendit, &(vt mihi uidetur)ipsam probat per oppositum. Dicas enim ꝙ eorum demonstrabilium sit definitio, sequitur tunc aliquem scire illa, & quidem per definitionem non habens demonstrationem. Probat autem cõsequentiam: & inqt. Nihil.n.prohibet aliquẽ illas nõ simul habere: imo potest aliquis habere definitionem, & tunc non habere demonstrationem, quo fit, vt aliquis sciet demonstrabile, & non per demonstrationem. Vtpote sciendo illa demonstrabilia per definitionem, quorum dicis esse definitionem. & tunc habetur contra suppositionem, supposuit.n.demonstrabile non sciri nisi demonstratione. Patet ergo quatenus instantia non valet. ¶ Sed occurres: quia primo huius Aristo. tradit definitionẽ neq; esse in toto, neq; esse in parte: hoc est necesse vniuersalem, nec particularẽ. hic vero eã esse asserit & praedicatiuorum, & vniuersalium. Praeterea praedicatiuum est cõditio propositionis: at definitio nec propositio est, nec enunciatio. ¶ Et dicendum, definitionem nec vniuersalem esse, nec particularem, nec vniuersalium, nec particularium vniuersalitate aut particularitate signi, licet sit eius, quod est quod quid est, quod est vniuersale. Simili ratione nec affirmatiua, nec negatiua est, nec negatiuorum: nec affirmatiuorũ qualitate propositionis: sed virtute eius, quod est quod quid est.

Obiectio

Solutio

*Inductione etiam idem satis ostendi, crediq; potest. Nihil.n. unquam eorum quae uel per se uel per accidens insunt diffinientes cognouimus.*

*Sufficit autem fides & ex inductione. Nihil enim aliquando definientes cognoscimus neque eorum, quae per se insunt neq; eorum quae accidunt.*

Cõmẽ.15. Praeterea ꝙ non omnium quorum est demonstratio sit definitio fides est ex inductione. s. de vno particulari. Non enim per inductionem hic intelligit argumentum quod in omnibus particularibus inducit. Sed intendit inductionẽ in vno ad probandum enim non omnem hominem esse album. Sufficit inducere vnum hominẽ non esse album, vt Ethiopem. Sic ad probandũ nõ omnium quorum est demõstratio, esse definitionẽ sufficit inducere in accidentibus, quorum est demonstratio, & tamen non est definitio. Cognoscimus.n. aliquando accidentia per se alicui inexistentia, & per accidens inexistentia demonstratione: quorum nullum definimus: inquit. ¶ Sufficit autem fides, et ex inductiõe, scilicet nõ in omnibus, sed in aliquibus. Aliquando enim nihil eorum: quę per se insunt, aut accidunt definientes: cognoscimus. s. illa per demonstrationem. Ergo nõ omnium: quorum est demõstratio: est. definitio Superfluit autem duplex negatio, vt duplex neq;. More enim graeco magis negant. Et per ea, quę per se insunt: intelligit ea: quae insunt omni: soli, & semper, per ea, quae accidunt, intelligit sunt, ꝙ oĩ soli, & semper: ꝑ ea, ꝙ accidunt: intelligit ꝙ insunt plerunq;, vt accidentia corporum Physicorum.

*Praeterea si definitio substãtiam explicat atq; declarat, patet talia non substantias esse. Perspicuum igitur est non omnis eius diffinitionem esse cuius est demonstratio.*

*Amplius si deffinitio quaedam substantiae cognitio est, & huiusmodi manifestum est ꝙ non sunt substantiae, quoniam quidem igitur non est definitio omnis, cuius quidem & demonstratio, manifestum est.*

Vltimo ratione hoc idẽ probat, & accipit duo. Primum ꝙ definitio sit cognitio substantiae. Secũdũ quod accipit est, & demonstrabilia non sunt substantiae, quia sunt accidentia. Ex his sequitur demonstrabilium non esse definitionem, de ratione accipit illa duo: & praetermisit conclusionem, inquit. ¶ Amplius: si definitio substantiae quędam cognitio est, hoc est primũ. Et huiusmodi demonstrabilia manifestum est, ꝙ non sunt substantię, & hoc est secundum. Ex his non concludit conclusionẽ. Sed loco illius infert epilogum, & inqt. Quoniam quidem igitur non est definitio omnis cuius est demonstratio, manifestum est: tacuit ergo conclusionem: quia in epilogo habetur. Dixit autem talia demõstrabilia non esse substantias, & non dicit nulla: nam genus demonstratur de specie, quod est illius substantia: bene tamen aliqua demonstrabilia non sunt substantiae, scilicet accidentia: quae aut ꝑ se, aut per accidens insunt. Quia si aliqua demonstrabilia non sint substantiae: non omnium quorum est demonstratio: definitio erit. Cõmẽ.16.

*At est ne eius omnis demonstratio cuius est diffinitio. At uidetur non esse, una nãq; & eadem de hoc etiam ei ratio. Constat.n. unius ea ratione qua unum esse, scientiam unam esse; quare si id scire quod demonstrari potest, nil aliud est quã demonstrationem eius habere, eueniet aliquid quod fieri nequit. Sciet enim is quid diffinitionem habet sine demonstratione profecto.*

*Quid ãt cuius est deffinitio, nunquid omnis demonstratio est, Aut non, una quidem iam ratio & de hoc eadem est. Vnius.n.inquantum unum, est una scientia. Quare si scire demonstrabile est demonstrationem habere, accidit quoddam impossibile. Definitionem enim habens, fine demonstratione sciet.*

At nunc probat: ꝙ non omnis cuius ẽ definitio sit demonstratio: & causa est: quia particularis negatiua non conuertitur: Ideo non sequitur: non omnis cuius est demonstratio est definitio, ergo nõ omnis cuius est definitio est demonstratio, propterea cogitur hoc ꝑbare. Et primo quaerit cum inqt. ¶ Quid autem est supple id: cuius est definitio. Vtrum illius omnis sit demõstratio: an non, soluit, & declarat hoc eadem ratione. Primo tamen facit vnam suppositionem quae est vnius inquantum vnum vna scientia est, Ex hac suppositione posset sequi immediate propositum: nam si vnius definibilis inquantum vnum est vna scientia, ipsius definibilis inquantum definibile non potest esse demõstratio: alioquin ipsius esset & definitio & demonstratio, & ita duę scientiae. Tamen accepta hac suppositione: accepit duas alias: quarũ primam ponit cum inquit. Quare si scire demõstrabile est de ipso demonstrationem habere. Secundã non posuit, sed Philoponus suppleuit, & inquit. Et sup. & cõcesserimus ipsum demonstrabile etiam definitione cognosci: ex ipsis infert accidere quoddam impossibile, habere scilicet cognitionem demõstrabilis, sine demonstratione: Cõmẽ.17.

quia

quia quid definitionem haberet illius demonstrabilis, illud sciret sine demonstratione. ¶ Sed hæc ratio probat potius demonstrabile non sciri definitione: q̃ definibile non sciri demõstratione. Ideo Philopon. supplet rationẽ: nã pari cã: si definibile demõstratione sciretur, cũ nõ posset sciri definibile demonstratione, nisi (vt demõstrabile per assumpta: tunc demonstrabile sine demonstratione sciri posset.) Posset.n. sciri definibile, q̃d esset demonstrabile, sola definitione, & priusq̃ sciretur demõstratione, & ita demonstrabile sciretur sine proprio eius modo sciendi. Sic.n. supplet Philo. & bene. ¶ Sed dices ad quid seruit prima suppõ. q̃ est vt vnius inquãtũ vnum non sit nisi vna scientia. ¶ Fortasse seruit ad tacitã rationẽ: nam ex illa põt fieri alia rõ: quam nõ expressit. Trãsiuit.n. ad aliam quã expressit nõ totam. ¶ Theophrastus: & Alexander (vt narrat Simplicius) Dixerunt Aristo. addidisse in suppõne inquãtum vnum, quia eiusdem rei possunt esse plures scientiæ, non tamẽ quo vnũ est: sed quo subit uicem plurium scibilium.

Philopo.

Dubiũ: Respon.

Theophrastus et Alex.

*Præterea demonstrationũ principia sunt diffinitiones: Quorum non esse demonstrationes, antea demonstrauimus: Alioquin in infinitum esset processio. Etenim aut principia demonstrãtur, & principiorum sunt semper principia modusq; nullus unquam occurrit, aut in primis stetur necesse est, quæ quidem & diffinitiones sunt, & demonstrari non possunt.*

Aut nõ ha

*Amplius principia demonstrationũ definitiones sunt, quorũ q̃ non sint demonstrationes demonstratũ est prius. Aut erũt principia demonstrabilia & principiorũ principia, & hoc in infinitum abibit. Et primæ definitiones erunt indemonstrabiles.*

Cõmẽ. 18. Secũdo idẽ probat & sumit primo definitiones esse principia demonstrationũ. Accipit secũdo principia demonstrationũ esse indemonstrabilia, nã si erunt demonstrabilia, erunt principiorũ principia, & sic igitur in infinitum. Aut oportet dicere prima pricipia esse definitiones: indemr̃abiles: inquit. ¶ Amplius principia demonstrationũ sunt definitiones: hoc est definitiones sunt demonstrationũ principia hoc est primum: accepit ßm: & inquit. ¶ Quorũ q̃ nõ sint demõstrationes: ostẽsum est prius. Et probat hoc ßm, & inquit. Aut erunt principia demonstrabilia, & principiorũ principia, & hoc in infinitũ abibit. Patet ergo secundũ. s. principia demonstrationũ esse indemonstrabilia: istis assumptis, infert conclusionẽ, & inquit. Et pro ergo primę definitiones erunt indemonstrabiles. Vnde syllogismus est. Principia demonstrationũ sunt indemonstrabilia: hęc est maior: & fuit secundũ assumptũ. Definitiones sunt principia demõstrationũ: hæc est minor: fuit primũ assumptũ. Ergo definitiones sunt indemonstrabiles. ¶ Quo vero ad uerba attinet. Et græce ... scribitur: & in translationibus antiqs vel habetur. cũ & legi debet p ergo: hoc pacto & definitiones erunt indemonstrabiles. i. ergo primę definitiones indemonstrabiles erunt. Addit verbũ primę, nõ ad necessitatẽ, sed ad innuendum definitiones oẽs respectu eorum quorũ sunt: esse primas. ¶ Sed dices ex hoc syllogismo nihil aliud hr̃ nisi definitiones esse indemr̃abiles. At nostra intentio est probare nõ oium: quorum est definitio, esse demonstrationẽ. Quam dubitationem Simplicius tetigit. ¶ Dicendum ex hoc haberi propositum, nam si definibilium sunt definitiones, quæ de illis non sunt demonstrabiles: aliquorũ erunt definitiones s. definibilium, quorum nõ erunt demonstrationes. Et ita non omnium erunt demonstrationes, quorum erunt definitiones. ¶ Themistius legit hunc textum causaliter hoc modo. Principia demõstrationum per definitionẽ intelligunt. Per demonstrationẽ vero minime, alioquin procederetur in infinitũ. Ergo nõ omnium, quorum est definitio est & demonstratio. Inquit Aristot. principiorum demonstrationũ sunt definitiones: quorum q̃ non sit demonstratio ostensum est prius, & iterũ probat (vt patet) ergo non omnium: quorum definitio est, est demonstratio. Verum melius hic textus legitur: vt nos fecimus, nam eum illo modo Simplicius legit.

Syllo. tex.

Verborum expositio

Dubiũ Simplicij.

Solutio.

Themist.

*At si non omnis eiusdem, cuiusdam ne saltem diffinitio ac demonstratio est.*

*Sed utrum si non omnis eiusdem, sed alicuius eiusdem definitio & demonstratio.*

ἀλλὰ Ne

Cõmẽ. 19. Duo problema Aris. persoluit. s. q̃ non omnis cuius est demonstratio, sit & definitio: q̃ non omnis: cuius est definitio, sit demonstratio. Ex solutione horum duorũ. Sequitur non omnis eiusdem esse demonstrationem, & definitionem, ideo quærit tertio, si non omnis eiusdem est definitio, & demonstratio (vt sequit ex solutione illorum duorum) Vtrum saltem eiusdem est definitio & demonstratio. ¶ Quo vero ad verba attinet: ἀλλὰ grece hic potius pro ne intelligitur: licet vetus translatio sed, habeat. Sed nihil variatur: quouis modo legatur. ¶ Philoponus vero hanc tertiam dubitationem sic inducit: nunquid si non in omnibus accidit hoc vnum & idem subiectum simul; & secundum idem per definitionem, & demonstrationem cognosci. saltem i aliquo erit possibile. ¶ Themistius vero: & Simplicius hanc dubitationem induxerunt, vt nos exposuimus, & quidẽ magis ad verba: licet ad rem nulla prorsus sit differentia.

Verborum expositio.

Phil introductio.

Them. & Simp. i.

*An neq; hoc esse põt. Non.n. eius est demõstratio cuius est definitio. Etenim definitio est ipsius quid est, substantiæq; declarat. Demõstrationes autem idipsum subijcere sumereq; uidẽtur. Mathematicæ namq; quid est unitas, quid par, quid impar, accipiũt. Ceteræq; demonstrationes similiter.*

*An impossibile est, non.n. est demonstratio, cuius est definitio. Definitio quidẽ.n. ipsius quid est, & substãtiæ est. Sed demõstrationes omnes uidentur supponere: & accipientes quod quid est: ut mathematicæ quid unitas, & quid impar, & aliæ similiter.*

Cõmẽ. 20. Soluit nunc tertiã dubitationem. Verbum enim an: siue aut: solutionis signum est (vt Philoponus inquit) & Themistius exponit. Et syllogizat sic assumens primo quod vult probare, & inquit: Non enim est eiusdem demonstratio: cuius est & definitio, hoc est quod vult probare, & debet vniuersaliter intelligi hoc pacto: nullius est demonstratio: cuius est definiri: quod probat, cũ inquit. Definitio quidem.n. ipsius quid est & substantiæ est, intelligit autem per quid est, & substantiã (vt exponit Philopon.) naturam & speciem. Sed demonstrationes omnes non sunt ipsius quid est & substantiæ; cuius causam assignat, quia demonstrationes omnes videntũ supponere, & esse accipientes quod quid est, hoc est (vt Philoponus inquit. Omnes demonstrationes supponũt ipsum quod quid est (vt concessum, atq; præcognitum, vt mathematicæ scilicet arithmeticę supponere videbuntur quid unitas sit, vt quod sit quantum indiuisibile. Et quid impar: quia est numerus non possibilis diuidi in duo æqualia. Hæc enim arithmetica: vt concessa sumit: similiter nec aliæ scientiæ propria principia

ostendunt. Ex his sequitur ꝙ nullius est demonstratio, cuius est definitio. Qđ si nullius est demonstratio, cuius est definitio, nõ alicuius eiusdẽ erit definitio, & demõstratio.

Dubiũ pulchra.

¶ Sed occurres: quia hæc ratio si valet, probat nullã demonstrationem esse definitionẽ, nã syllogismus esset iste. Oĩs definitio est substantiæ. Nulla demonstratio est substantiæ. Ergo nulla demonstratio est definitio. Sed non hoc proposuit. Præterea stat nullam demonstrationem esse definitionem & vtranq; esse eiusdẽ.

Solutio.

¶ Fortasse vis rationis Arist. hæc est. Concessa non demrãntur. Quod qđ & substantia: & definitiones cõcessa sunt. Nõ ergo demonstrantur: q̃re nullius est demõstratio cuius est definitio. Vel si aliter occurret: aliter dicam.

Alia dubiũ.

¶ Præterea dubitabis, videtur. n. definitio nõ solum substãtiæ: sed accidẽtis, cum accidẽs habeat propriũ genus, & propriam differentiam. ¶ Præterea falsum est definitionẽ esse concessum: cũ sit duplex definitio. Altera (vt principiũ.) Altera vt cõclusio primo huius.

Text. 22. Solutio. Substantia multiplex est.

¶ Dici potest ad primũ substantiam esse multiplicem. Alia. n. est secundũ rem, & modum, vt prima substantia. Alia secundum rẽ: & non modum, vt differentia, Alia secundum modum & non rem vt abstracta accidẽtia, & concreta respectu prędicatorum sui generis. Dicerem ergo definitionem esse substantię aliquo horum modorum. Accidentium vero non nisi quatenus considerantur respectu eorum, quę sunt sui generis, respectu. n. subiectorũ quorũ sunt: non. ¶ Ad secundum patet solu. loquitur. n. de definitione: quę dicit quid, & propter quid. Hęc enim vt concessum accipitur, definitio vero quę est, vt conclusio: est definitio materialis: de qua hic non loquitur.

*Præterea omnis demonstratio aliquid demonstrat de aliquo, ut esse, aut non esse. At in diffinitione nihil de alio prædicatur, ueluti neq; animal de bipede, neq; hoc de animali, nec item figura de plano. Non est enim planum figura, neq; figura planum.*

*Amplius omnis demõstratio aliquid de aliquo demõstrat, ut quia est, aut nõ ẽ. In definitione ãt nihil alterũ de altero prædicatur, ut neq; animal de bipede, neq; hoc de animali, neq; de plano figura. Non enim planum figura est neq; figura planum est.*

Cõmẽ. 21.

Secundo idem probat, sic. Omnis demonstratio ostẽdit aliquid de aliquo, vt quia est, vel non est, hoc est, affirmatiue: uel negatiue. Sed in definitione nihil alterum de altero prædicatur, qđ quasi inductiue probat, nam in definitione hominis quæ est animal bipes, nec aĩal genus de bipede differentia: nec cõtra bipes differẽtia de aĩali genere prędicať: itemq; nec in definitione trianguli quæ est figura plana, figura genus de plano differẽtia prędicatur, nec contra. Ergo nulla definitio est demonstratio. ¶ Sed primo dubitabis, quia ex hac ratione nõ concluditur ꝓpositũ: sed ꝙ definitio nõ sit demõstratio.

Dubĩones. Prima.

¶ Præterea in Topicis dicit Arist. definitionẽ esse orationẽ siue propositionẽ, igitur in ea prædicatur quoddã de quodã.

Secunda. Lib. 1. c. 4.

¶ Præterea animal p̃dicať de homine, ergo de omni eo, quod conuertitur cum homine, ergo de rationali: & de differentia hominis.

Tertia.

Solutiones. ad 1.

¶ Et dicendũ ad primam ꝙ hæc ratio potest reduci qm̃ definitio non est nisi de termino, demonstratio non nisi de propositione, ergo nihil est de quo sit definitio, & demrãtio.

Ad secũdam. Capi. 3.

¶ Ad secundam vero: Dico ꝙ propõ definitiua (vt hic Themistius dicit) est oratio in qua definitio prędicatur de definito, at definitio pro ratione, quæ dicit rei essentiam nõ est propositio, in qua prædicatur aliquid de aliquo, & de hac loquitur Arist.

Ad tertiã.

¶ De tertia dubitatione disputãt metaphysici an genus de differentia, an non p̃dicet, sed quia res hęc est extra propositũ, ideo dicamus Aristot. voluisse genus, non prędicari de differẽtia, nec cõtra in definitione ipsa, cum quæritur quid est homo, & respondetur animal rationale, nam in hac oratione animal rationale, neutrum de neutro prædicatur, vtrum vero alterum de altero prędicari possit extra hanc orationem, quæstio est metaphysica: & præter propositum.

*Præterea differt quid est: & esse ostendere. At diffinitio quidem quid est patefacit. Demonstratio uero quidpiam inesse cuipiam uel non inesse demonstrat.*

*Amplius alterum quod quid est, & quia est, est demonstrare. Sed definitio quid est, ostendit, demonstratio autem, quia est hoc de hoc, aut non est.*

Tertio idẽ probat. Alterum dicens esse quid ẽ, quod indicat definitio, & quia est, vel nõ est: quod indicat demonstratio: ergo demõstratio non est definitio. Cõmẽ. 22.

Dubiũ. Rñ. Philo.

¶ Sed non videtur hęc ratio differre a proxima. ¶ Respondere videtur Philo. accipiẽs a Themistio: qa hæc ratio accipitur a differentia quæstionum: nam per definitionem quęstio quid est terminatur: per demonstrationem quæstio quia est & propter quid. Proxima vero ratio processit ex differentia definitionis & demonstrationis ex seipsis sumpta. ¶ Animaduerte hanc rationẽ debere reduci ad propositum, vt cæterę reductę sunt, quoniam non concludit, quod proposuit.

*Diuersorũ autẽ diuersa est demonstratio, nisi quid totius sit pars. Quod quidẽ propterea dictũ est, quod si demonstratũ est, triangulũ oẽm duobus rectis angulos tres æquales habere demonstratum est etiã triangulũ duorũ æqualiũ laterũ tres angulos æquales duobus rectis habere. Iste nãq; partis, ille totius rõnem habere uidetur. At quid est esse, non ita sese habere uidentur. Quippe cum neutrum ad alterum partis habeat rationem.*

*Alterius uero altera demonstratio est, nisi sit tanquam pars quædã totius. (Hoc ãt dico, quoniam ostensum est duobus rectis æquale habere de Isochele, si omnis ostensus est triangulus. Pars enim hoc est, illud totum.) Hæc autem adinuicem se non habẽt sic, quia est, & quid est, non enim alterius alterum pars est.*

Soluit hic quęstionem tacitam, vtrum videlicet quia est: & quid est aliquo pacto idem sint. Cõmẽ. 23.

Videtur. n. prima facie illa eadẽ esse, quia quid est, ẽ quęstio simplex, quia est, est quęstio composita, ut simplex uidetur pars compositi, ergo quæstio quid est videtur pars quæstionis quia est, & ita aliquo pacto idem esse possunt. Quod si quia est: & quid est aliquo modo idem sunt, etiam definitio & demonstratio illo modo idem esse videntur. ¶ Soluit & sumit pro solutione. Primo ꝙ diuersarum rerum vna est demõstratio, quoniã illę res ita se habẽt: vt totũ & pars, hoc est: vt vlẽ, & minus vlẽ, verbi causa, vna est demrãtio, qua de triangulo demonstratur ęqualitas angulorum, & de Isochele, quę est species triãguli. Est. n. triãgulus totum vlẽ. Isocheles est spẽs illius, & minus ulẽ. Hoc accepto tanq̃ maiori, subiungit minorem, sed quid est & quia est non sic se habent quoniam neutrum neutrius est pars, non. n. qđ est, vniuersale totũ est ad quia est, nec econtra. Quare si ipsius quid est: est definitio: illius non poterit esse demonstratio, & sic nec econtra. Patet ergo solu. dubitationis.

*Patet igitur nec eius demonstrationem esse cuius est diffinitio, nec eius omnis diffinitionem, esse: cuius est demonstratio.*

Quibus

*Quibus efficitur, ut omnino cuiusquã eisdẽ utrũq; haberi non poßit, quare perspicuum est, neq; idem esse diffinitionem demonstrationemq;, neq; alterum in altero esse. Nã ea quæ subijciuntur similiter profecto sese haberent. Sed de his hactenus, satis enim de hisce diximus dubitando.*

*Manifestum ergo quoniam neq; cuius definitio est, huius omnis demonstratio est, neq; cuius demõstratio est, huius oĩs definitio est. Quare omnino eiusdem nullius contingit utraq; habere. Manifestum itaq; q; neq; definitio & demonstratio idem erunt, neque alterum in altero. Etenim subiecta similiter se haberent. Hæc ergo usq; hoc dubitata sint.*

Com. 24. Epilogat nũc quæ declarauit: & quę ex declaratis sequuntur: & inquit. ¶ Manifestũ ergo: quoniã neq; cuius definitio est: huius omnis demonstratio est: vt secũdo loco fuit probatum, neq; cuius est demonstratio: huius omnis definitio est, vt primo loco dictũ est, deinde deducit quod ex his sequitur, & inquit. Quare omnino eiusdem nullius contingit vtraq; habere, scilicet demõstrationem & definitionem. Deducit etiã quod secũdo loco ex dictis sequit, & inquit. Manifestũ itaq; q; neq; definitio & demonstratio idem erunt, neq; erit alterum in altero, vt species in genere: & cãm dicit; quia si eẽnt idem: & alterum in altero esset: subiecta illarum. s. definibile: & demõstrabile similiter se haberent. s. q; erũt idẽ: & alterum in altero erit. Vsq; vero quantum processerit: inquit. Hæc ergo vsq; hoc dubitata sint. Appellauit aũt definibile subiectũ definitionis, & demõstrabile subiectum demonstrationis, quia subsunt illis cõsiderationibus. quæ sunt definitio, & demonstratio. Et dixit vsq; hoc de his eẽ dubitatum, quia more dialectici persoluit has dubitationes. s. dubitando, non asserendo.

Text. 30. *Nunc inuestigemus oportet utrum ipsius: quid est, ratiocinatio sit demonstratioq;.*

*Ipsius autem quid est. utrum syllogismus sit. et demonstratio?*

Comé. 25. Cõmentatio. Quatuor proposuit problemata de quibus vltimũ (quod erat) quorũ est definitio, dissoluit: declarauitq; nõ esse idem secundum idem definibile atq; demõstrabile. Ex cuius solutione tertiũ determinauit, declauitq; non esse idem demonstrationem, & definitionẽ, quo fit ut illorum problematum duo sint modo definita. At nunc ad primũ transit. Verum scilicet definitio demõstretur, nã hoc definitio. Secundum apparebit, scilicet quo modo definitio in demonstratione cadet, & ita omnia erũt determinata. ¶ Sed occurret, q̃a Arist. videtur superfluus,

Obiectio. nam (ut Philoponus exposuit) solutio præsentis problematis apparet ex solutione præcedentis. Si enim habemus q; definibile secundum idem non sit demõstrabile, & q; definitio non est demonstratio. Sequitur statim definitionem de definibili non esse demonstrabilẽ, quo fit, vt superfluum sit problema istud per se disputaret.

Solut. The. Text. 22. Comé. 91. ¶ Innuit Themi. solu asserens hoc problema eursus esse seorsum disputandum, quia controuersia dignum est, & huius causa est, quia (vt primo huius dictum est) triplex est definitio. Alia quidem demõstrationis conclusio, Alia demonstrationis principium, Alia tota demonstratio positione differẽs, ergo aliqua est definitio, quæ potest demonstrari. Et ideo dignum est dubitatione si definitio posit demonstrari: & quæ sit illa, &

Ioãn. Phil. quis modus sit, quo demonstrabitur. ¶ At Philoponus aliquo modo aliter dicit hoc problema non esse ex dictis solutum, quia dato q; definibile secundum idem non sit demonstrabile, nec contra, adhuc est per se dubitabile si definiti de definito demonstrari possit. Est ergo problema si ipsius quid est syllogismus sit aut demonstratio, quod est quærere an definitio de definito demonstretur, vel syllogizetur.

*An non sit, ut nunc sermo noster supponit. Patet enim ratiocinationẽ quidem aliquid per medium de aliquo semper ostendere. ipsum autem quid est proprium esse, et hoc ipso quid est prædicari hæc autem conuerti necesse est. Nam si. a. sit proprium ipsius c. patet b. quoq; ipsius. c. & a. rursus ipsius. b. propriũ esse. Quo fit ut omnia conuertantur mutuamq; prædicationem suscipiãt. At uero si tam. a. competit ipsi. b. ut quid est ipsius quã. b. competat idẽtidem ipsi. c. necesse est tum. a. de. c. prædicetur, ut quid est ipsius. Quod si non hoc pacto his illud quispiam sumpserit, nulla sane necesitas omnino compellet ut. a. de. c. ut quid est ipsius dicatur. Vt si. a. quidem. ut quid est ipsius. b. competere dixeris. b. uero non eodem modo de quolibet. c. prædicaueris; quare non solum. a. de. b. dicatur oportet; ut quid est ipsius, sed. b. quoq; de. c. modo eodem prædicetur necesse est.*

*An non est, sicut nunc ratio supposuit. Syllogismus enim aliquid de aliquo demõstrat per medium, sed quid est & proprium est, & in eo quod quid est prædicatur. Hæc autem necesse est conuerti. Si enim ipsius. c. proprium est. a. manifestum q; & ipsius. b. & hoc ipsius. c. quare omnia sunt adinuicem. At uero & si. a. in eo quod quid est, omni. b. inest, & uniuersaliter. b. de omni. c. in eo quod quid est dicitur, necesse est & a. in eo quod quid est de. c. dici. Si autem non sic aliquis accipit duplicans, non necesse erit, a. de. c. prædicari in eo quod quid est, Vt si. a. quidem de. b. in eo quod quid est, non autem. b. de quocunq; in eo quod quid est. Si autem ipsum quid est utraq; habebunt. erit ergo & a. de. c. in eo quod quid est.*

Al particula supp
Si particula suppleta in græco li. loco a. legitur. b. & male legit in græco sic legitur. Ipsum at quid est vtraq; habent.

Soluit nunc problema, asserens ipsum quid est non demonstrari de definito: nec syllogizari, inquit. ¶ An nõ est scilicet ipsius quid est demõstratio, nec syllogismus, sicut nũc nostra ratio supposuit. Debes scire Arist. in solutione proximi problematis supposuisse definitionem demonstrationis esse principium, & indemonstrabilẽ, quia si esset demonstrabilis, tunc (ut dixit) principiorum esset principium, et ita in infinitum. Propterea dicit nũc verificãdo suppositum q; definitio sit indemõstrabilis. Pro veritate ergo solutionis accipit q̃tuor suppositiones. ¶ Prima est, q; omnis syllogismus aliq̃d de aliquo ostendit per certum medium, vtpote prędicatum de subiecto per certum mediũ. Et hoc inq̃t. Syllogismus. n. aliq̃d de aliquo demonstrat per medium. ¶ Secunda est q; definitio est p̃dicatum conuersim de definitio in eo quod q̃dem, vt primo libro topicorum est dictum, dicitur q̃dem prędicatum loco generis, quia omnis definitio est prędicatum, & non econuerso. Dicitur conuersim ad differentiam generis, & accidentis, quæ sunt prædicata, non cõuersim, dicitur in eo quod quid est ad differentiam proprij, quod non prędicatur in eo quod q̃d est, inquit. Sed & inquit est & proprium est, hoc est conuertibile, & in eo quod q̃d est prædicatur. ¶ Tertia est: si definitio de definito syllogizetur, oportet maiorẽ & minorẽ terminum & medium inuicem conuerti, inquit: Hęc autem necesse est cõuerti. i. si definitio de ipso definito syllogizetur, nam si ipsius. c. propriũ est. a. hoc est si. a. conuertitur cum. c. vt necesse dicere: q̃a est. a. ipsius definitio, manifestum q; & ipsius. b. propriũ etiam conuertibile erit, & hoc. b. necesse ẽ etiã esse propriũ ipsius

Comé. 26.
Quatuor suppones Arist. pro solutõe accipit. Prima suppositio. Secunda.
Tertia

Quid Phil. d. 3. supp o sitione. San Tho.

ẽ.quare omnia sunt adinuicẽ conuertibilia. ¶ Philopo. vero asserit hanc non esse tertiam suppositionẽ, sed pro bationẽ secundę. Accepit.n.definitionem esse propriũ: ideo hoc probat: ex eo quia conuertitur. Expositor au tem arbitratur Arist. in hac probatione syllogizasse in tentum ex illis duabus suppositionibus. ¶ Quod non placet. Nã Aris. c are probat illa tria cõuerti, qd est ter tia suppositio.

Refutatio. Quar. suppositio.

¶ Quarta suppositio est φ si debet syllo gizari aliqd de aliquo: vt illius definitio: verbi causa. a. de. c. vt eius definitio: debet syllogizari duplicato quid est, quia semel assumpto ad prædicatũ vt ad. a. & semel ad mediũ, vt ad. b. hoc pacto, videlicet omne. b. est. a. vt quid est, omne. c. est. b. vt quid ẽ. Igitur omne. c. est. a. vt qd est, nã si duplato quid est. Sequitur. c esse. a. ut qd est, inquit. At vero & si. a. in eo quod quid ẽ omni. b. inest: & vniuersaliter. b. dẽ omni. c. in eo quod qd est: dicitur: terminis & ꝓpositionibus sic stantibus, necesse est &. a. de. c. in eo quod quid est dici. Si autem nõ sic aliquis ac cipit ipsum quid est duplicans, nõ necesse est. a. de. c. prę dicari in eo quod quid est. Verbi causa: si. a. quidẽ de. b. vt quid est prędicetur: ipsum vero. b nõ de quocunq;. c. prædicetur, vt quid est, supple non sequitur. a. vt qd est prędicari de. c. Ideo addit. Si autem ipsum quid est vtra que habebũt, scilicet maius extremum & medium mõ, quo diximus. Erit ergo &. a. de. c. prædicatum in eo qd quid est. In græco Codice sic legitur. Erit ergo. a. de. b. in eo quod qd est. Et vt mihi videtur, error est in libro: & loco. b. legi debet. c. Vt græci legunt.

Verborum expositio

Verba ãt illa si autẽ ipsum quid est vtraq; habebunt. In græco nõ sic leguntur. Sed hoc pacto: Ipsum autẽ quid est vtraq; ha bebunt. Et Philop. p vtraq; intelligit vtrasq; propõnes: scilicet. a. b. et. b. c. quia non solum. a. b. propositio. Sed ẽt b. c. habere debet quid est. Et intelligit p ãt certo, vt sit; q̃si nota illationis. Vnde secundũ Philopo. debet tex. sic legi. Si autẽ non sic accipit aliquis duplicans, non neces se erit. a. prędicari de. c. in eo quod quid est. Post positis autẽ verbis exẽplificatiuis, ifert suppositionẽ ipsum cer te quid est utraque habebunt. Erit ergo. a. de. c. in eo qd quid est. Verba autem illa vt si. a. quidem de. b. interpo nunẽ (vt exemplũ in contraria suppositione) quasi velit per illa φ si nõ sic disponantur termini: ipsum. a. (vt qd est) de. c. non prędicabitur. Sic legit Philo. & non male: tamẽ (vt nos legimus) textus clarus est.

Dubõnes Prima.

¶ Sed hic sunt dubitationes non leues. Prima quia videẽ posse syllogi zari definitionẽ de definito sine dupla ipsius qd ẽ acce ptione. Potest. n. animal bipes de homine syllogizari p animal rationale: & tamẽ animal bipes est definitio ho minis. Sequitur. n. Omne animal rationale est animal bi pes. Omnis homo est animal rationale. Ergo omnis ho mo est animal bipes. Ecce φ animal de homine syllogi zatũ est, & est definitio. Igitur definitio syllogizari põt de re, cuius est definitio sine dupla acceptione ipsius qd est.

Secunda.

¶ Pręterea videtur sufficere vna ipsius quid est ac ceptio: qr sequitur, Omne animal rationale est animal bipes, vt qd est. Homo omnis animal rationale est. Er go ois homo animal bipes est, ut qd est. Ecce quod defi nitio: vt qd est, syllogizatur sine illa duplicatione.

Tertia.

¶ In super (vt probauimus primo priorum) omnis syllš redu plicatiuus, reduplicat: aut mediũ, aut minorẽ extremita tem. Non. n. potest reduplicare maiorẽ extremitatem, quia esset inutile, & falsum, & intelligibile: vt Aris. illic probat, & quouis modo fiat: reduplicatio non potest addi nisi propõni maiori, & ad prædicatũ illius: vt Aris. ibidẽ probat.

Ca. 35. pri mi priorũ.

¶ Et his sequitur magna dubitatio, cũ. n. ipsum quid est, nec medium sit, nec minor extremitas: non videtur facere syllogismũ reduplicatiuũ. Præterea si faceret, non deberet addi: nisi maiori, & prædicato. Er go vr̃ Arist. sibipsi contrarius.

Difficultas dubõnum. Solutio ad primã dubitationẽ.


¶ Hæ sunt dubitationes mihi non leues, nec has legi in aliquo libro. Propterea in harũ solutione pro libẽter præceptorẽ audirẽ. ¶ Ani maduertẽdum ergo primã & tertiã dubitationẽ nõ mul tũ esse difficiles, quia Aris. non negat definitionẽ de defi nito demõstrari posse absolute, quia (vt docuit primo huius) vna definitio est, quę est demonstrationis conclu sio. Altera quę est demonstrationis principiũ, & ita de finitionẽ demonstrari de definito est necessarium.

Text. 22.

Sed intentio Aristo. est hic probare φ definitio non possit demonstrari de definito, vt est definitio, quod est dicere (vt Phil. exponit) φ non possumus demonstrare ani mal bipes, esse hominis definitionem. Nemo. n. dubita re debet animal rationale demonstrari posse de homi ne, qa vel p propriã hominis passionẽ: vel per aliã defi nitionẽ, vel per definitionẽ definitionis. ¶ Sed tota du bitatio nr̃a est: si põt animal bipes demõstrari esse hois definitionẽ, vel vtrũ possit aial bipes demõstrari de hoi mine, ut qd est, vel vt definitio hominis, & Aristo. ꝓbat hoc fieri nõ posse (ut videbiẽ.) Ex his sequiẽ, φ si debeat syllogizari aial bipes de homine, vt definitio. In ꝓpõni bus sylli omnibus vel aliq̃ addi debet uerbũ illud vt de finitio, vel verbũ illud, vt quid est, qd idẽ sonat, alioquin non habebiẽ de hoie animal bipes, vt qd est, vel vt defi nitio, vel animal bipes esse definitionẽ hominis, q̃ eadẽ sonãt. Et sic diluuiẽ prima dubõ.

Ad 3. dubõ. Sylli dup plicatiui et syllo. redu plicatiui differentia secundum græcos.

¶ Pro solutiõe tertiæ græci videnẽ facere differẽtiã inter reduplicatiuũ syllo gismũ, & duplatiuũ, nã reduplicatiuus dr̃, q aut mediĩ: aut minoris extremitatis ẽ replicatiuus, utpote qñ redu plicat mediũ vel minorẽ i ꝓpõne maiore, & ex pte p̃dl cati, & de hoc posuit Aris. præcepta in lib. prio. Dupla tiuus uero vel duplãs syllš ẽ: q bis aliquid in ꝓpõnibus, vel qui in vtraq; ꝓpõne aliquid idẽ accipit, sicut hic, q i a. b. & i. b. c. ꝓpõnibus vtrisq; accipit verbũ illud, vt qd ẽ, aut ut definitio, & hoc pacto appellãt ip̃m gręci duplã tẽ syllm. Fit ãt hic sylls ad syllogizãdũ aliquod prædi catũ specificatũ de liquo subõ, vt si velemus ꝓbare de homine p̃dicari de pluribus ut vle, acciperemus bis uer bũ vt vle: hoc pacto, spẽs prędicatur de pluribus: vt vle Homo est spẽs vt vle. Hõ prædicaẽ de pluribus, vt vni




uersale, eodẽ mõ ad syllogizãdũ aial bipes, ut qd est de hoie ꝓbatio ẽ alicuius specificati de aliquo. Et ideo du plãdo illud specificãs, diceẽ syllš duplatiuus, vł specifica tiuus.

Reduplica tiuũ syllo. duplex.

¶ Possumus ẽt aliter diceẽ reduplicatiuũ syllm eẽ duplicẽ: veluti duplex ẽ reduplicatio, aut rei, aut ĩtẽtio nis, rei qdẽ ẽ quoties subiectũ reduplicaẽ ex parte p̃di cati,

cati, vt si dixero animal est Orthographus inquātũ grāmaticus. Reduplicatio intẽtionis ẽ, nõ qñ subm, aut p̃dicatũ reduplicat. Sed qñ addit p̃dicato aliq̃ intentio, rõne cuius p̃dicatũ verificat de subo, ueluti si dixero, hõ ẽ species vt vl̃is: quo fit, ut syll̃s bifariā reduplicatiuus sit rei quidẽ, & itẽtionis, rei est duplex, vt Aris. dixit. 1. priorũ, aut medij, aut minoris, nā reduplicatione maioris nullus vtilis est, ut ibi Aris. exposuit, reduplicatione intentionis est, nõ qui aliquẽ syllogismi terminũ reduplicat. Sed aliquā intentionẽ in propõnibus duplat. vt syllogizet prædicatũ specificatũ de subiecto, veluti in proposito nostro: qa volumus syllogizare de homine animal bipes (ut quid est) siue (ut definitio) reduplicamus ipsum quid est vt animal bipes specificatũ per quid est verificetur de hoie. ℭ Hic ergo syll̃s est duplicatiuus intẽtionis, & sic delet tertia dubõ. ℭ Restat ergo qõ in secũda,

Ad .2.

cur videlicet reqrat illa duplatio itẽtionis, cũ ex vna sola illius acceptione in p̃dicato maioris sufficiat. Hæc.n. qõ ẽ mihi nõ leuis. Ab Aris.n. nõ plus habemus nisi ꝙ si duplatio illa nõ fieret, ip̃m qd ẽ vt definitio de definito nõ sollogizabit, hoc.n. valde diminutũ ẽ, qa vr̃ posse syllogizari p vnā solā illius acceptionẽ i.a.b. ꝓpõne. ℭ Ex verbis igr̃ Themistij: & Simplicij: & Philoponi colligẽdũ esse arbitror qd quid est, vt definitio. Syllogizari nõ posse de eo cuius ẽ: nisi ad p̃dicatũ addat uerbũ ut qd ẽ; vel vt definitio, nā sine illius assumptione qd qd est de eo cuius est, nõ, ut definitio syllogizabit, sed absolute, et ita nõ haberemus ipsum qd quid est esse eius definitionẽ, cuius est qd quid est, sine ergo acceptione verbi: vt quid est i ꝓpõne.a.b. syll̃s noster esse nõ põt. Restat nũc assignare cām cur in.b.c. ꝓpõne ipsum (vt qd est) sit replicādũ, & dicamus hoc esse, qa qñ aliquod p̃dicatũ de aliquo subiecto p̃dicat aliquo addito, & subm illud eodẽ addito iterũ de alio subo p̃dicatur, necesse est illo addito primũ predicatũ de vltimo subo p̃dicari, vt si.a. de b. ipso.d. addito p̃dicat, & .b. de.c. eodẽ addito iterũ p̃dicatur .a. de.c. illo.d. addito necesse ẽ p̃dicari. At vbi primũ p̃dicatũ. s.a. de primo subto. s.b. prędicaretur.d. ipso addito: & .b. p̃dicaret de.c. Sed non.d. ipso addito: non oportet.a. p̃dicari illo addito de.c. substātia.n. de animali vt genus p̃dicatur. Hæc.n. vera ẽ animal ẽ suba, vt genus. Sed qa nõ accipitur animal vt genus p̃dicari de homine: ideo nõ seqt hoiem esse substātiā, vt genus p̃dicari de hoie, ideo non sequitur hoiem esse substātiā, vt genus. Quare si animal bipes, vt definitio syllogizabit de homine, debet p̃dicari de aiali rõnali, vt qd est, uel ut definitio, & animal rõnale de homine ut qd est. Sic.n. seqt animal bipes ut quid est p̃dicari de homine, qa (ut Philop. inqt) qcquid est definitio definitionis est definitio definiti, qbus sit syllm nõ esse, utilẽ ad ꝓpositũ si solũ.a. b. ꝓpõni adderet. ℭ Sed adhuc q̃res cur i syllõ reduplicatiuo reduplicatione rei nõ reqrit illius rei in utraq; ꝓpõne acceptio. ℭ Cā est, qa additio intẽtionis est quasi diminuẽs, illa rei nõ hac rõne itẽtionis additio dupla eẽ debet, nõ āt illa rei. Cũ.n. illa itẽtionis sit q̃si diminuẽs, nisi medio adderet, fiet q̃si syll̃s in q̃tuor terminis cõmittẽdo paralogismũ accñtis. At in additione rei nulla fit diminutio, nõ ergo oportet addere eā i utraq;. Hęc mihi uident, et fuerũt mihi nõ facilia. Verũ si melius occurret nõ recusabo aliter dicere. Satis.n. mihi fuit mõstrasse locũ. ℭ Aiaduerte tñ syllm duplātẽ fieri posse itẽtione ad

Quæsitũ.

Respon.

Notandũ.

dita ad utrāq; ꝓpõnẽ: nõ tñ ad alterā earũ bis, possumus n. sic syllogizare. Spẽs p̃dicatur de pluribus ut ul̃e. Hõ ẽ spẽs: ut ul̃e. Ergo hõ p̃dicatur de pluribus ut ul̃e. Silr ualet. Animal rõnale est animal bipes, ut qd ẽ: Hõ est aial rõnale ut qd est: ergo hõ est animal bipes: ut quid est. Alij āt uolũt sic esse syllogizandũ: Animal rõnale: ut qd est, ergo animal bipes ut quid est. Sed istud nõ refert, nā ipsum: ut qd est: si nõ adderet: nisi semel a parte p̃dicati: cõcludere syll̃s ipsum animal bipes esse ipsius hominis: ut qd ẽ. ℭ Sed dices tũc aliquid bis sumptũ ingrederet conclõnẽ ℭ Et solutio est, hoc nõ esse absurdũ, qa illud bis sumptũ nõ accipitur, ut mediũ, sed, ut specificatio p̃dicati, & medij: quā ingredi cõclusionẽ ꝓhibet nihi, immo in distractiuis necesse est utriq; addi, si debet i cõclõne addi. Ex his colliget hęc q̃rta suppõ, ꝙ si quod qd est syllogizabit de eo cuius ẽ, ut qd ẽ, & ut definitio oportet ipsum ut qd ẽ in utraq; ꝓpõne semel saltẽ accipi: uidelicet: in.a.b. & in.b.c. Nā sic sumpto: sequit.a. p̃dicari vt qd quid est de.c. & illo non sic sumpto: non sequitur.

Obiectio.
Solutio.

*Hæc.n. ita sint, si in utroq; rõcinationis interuallo ipsum quid est quidditasq; sumatur, quidditas nimirũ antea quā concludatur in ipso medio ratiocinationis termino collocabitur. Atq; omnino si fieri potest, ut ostendatur quid nam si homo, sit.c. quidem homo.a. uero quid ẽ ipsius, siue sit animal bipes siue aliquid aliud. Si igitur huiusce rationatio fiet, necesse est.a. de qualibet.b. prædicetur. Hoc autem erit alia media inter.a. & .c. ratio, quæ quidem etiam quid est ipsius hoĩs erit. Sumitur igitur id profecto quod demonstrare oportet.b. nāq; diffinitio ipsius hominis, est.*

Aial bipes vt quid est A

Animal rõnale vt quid est B

Homo C

*Si igitur quod quid est, & quid erat esse utraque habent, in medio termino erat prius quod quid erat esse, & omnino si est demonstrare quid est homo, sit.c. homo.a. uero quid est siue animal bipes, siue aliquid aliud. Si ergo syllogizatur: necesse est.a. de omni.b. prædicari, huius autem erit alia media ratio, quare, & hoc erit quid est homo. Accipit igitur quod oportet ostendere. Etenim.b. est quid est hoĩs.*

His quatuor sumptis. Nunc ostendit ꝓpositũ. s. ꝙ definitio demõstrari nõ possit de definito (vt quid est) nā si quid est demonstrari possit de definito. Maius extremũ de medio, & mediũ de minori extremo vt quid necesse est prędicari. Hęc consequentia patet ex tertia & quarta suppositione. Vltra si maius extremũ de medio, & medium de minori extremo ut quid est prædicatur. In medio termino erit prius quod quęrebatur. s. quod quid erat esse, quare cũ cõsequẽs sit absurdum. Primũ antecedens erit absurdum, non ergo potest definitio ut quid est de ipso demonstrari, inquit. ℭ Si igitur quid est, quod alio uerbo ẽt quod quid erat esse dicit, utraq; interualla habẽt. s. ita ꝙ extremũ maius de medio, & mediũ de minori extremo, ut quid est prędicetur. In medio termino erit prius quod quid erat esse, & ita sumetur, quod quęrebat. Deducit consequentiā in terminis, & inquit. Et omnino si ẽ demõstrare quid ẽ homo, sic.c. homo, a. uero quid ẽ ip-

Cõm. 17.

fius hominis: siue tale hominis quid ē: sit animal bipes, siue aliquid aliud.s.animal rōnale terminis sic collocatis, inqt. Si ergo syllogizatur.s.a. de.e. hoc est animal bipes de homine, vt qd est, necesse est.a. de omni.b.pdicari, vt qd est p tertiā & quartā. Huius autē erit alia media rō, hoc est, qd quidē.b.erit huius.s.ipsius.c.alia media rō.i.alia definitio quasi mediās iter.a.primā rōnē, & c.minorē: et quia.b.erit quędā media rō inter.a.&.c.erit & illa qd ē hō, videlicet rōnale animal. Quare si.a.de.b. vt qd pdicatur: &.b.vt rō media pdicat de.c.& ita iterū vt qd, demōstrans accipit i medio termino: qd oportet ostendere. Etenim accipit.b.qd est quid est hominis: & ita eius erit petitio, qd pricipio q̄rebat. ¶ Sed occurres

Dubium. Ari.accepit q̄tuor suppōnes: q̄rū prima erat syllm ēē alicuius de aliquo p mediū. Scda fuit definitionē; esse pdicatū conuersim in eo qd qd ē. Tertia fuit q ad syllogizādū definitionē de definito oportet oēs terminos sylli esse cōuertibiles. Quarta fuit ad syllogizandū qd qd ē de eo, cuius est, oportet accipi ipsum vt quid ē, i vtroq; interuallo sylli. Postea cū, pbauit propositū.s. non posse definitionē demonstrari de definito p sylim. visus est

Solutio q̄rta tm, & ita cæteræ videnē supfluæ. ¶ Et dicendū, oēs alias suppōnes fuisse necessarias, tertiā qdē & quartā ad usum pbationis, nā in pbatione necessariū est supponere nō posse syllog.zari definitionē de eo, cuius ē, nisi per mediū cōuertibile cū vtroq; extremo, & huic seruit tertia suppō: iterū necessariū est. Supponere.b.cōuertibile cū.c. &.a.cū.b.habere ipsum quid ē, nā (ut dictū est) nisi i vtroq; interuallo accipiat ipsum vt qd est, nō sequit syllogizatū esse.a.de.c.ut qd est, & ita tertia & q̄rta seruiūt pbationi. Prima āt & secūda seruiunt terminis, quibus vtimur in ipsa pbatione, nā si itēdimus pbare q definitio accipi nō potest de definito p sylim, oportet scir qd sylls sit: p quē acciperet, nō acciperet, & ad hoc seruit prima, & oportet scire qd nā sit definitio, de q̄ dicimus ipsam syllogizari non posse, & sic seruit scda. Oēs

Alia dubi igr utiles sunt ¶ Vlterius occurres quia definitio q̄ q̄rit est.a.quæ āt sumitur petiturq; est.b. Et ita nō idē quæsitū, et concessum ¶ De hac dubōne multę erāt rñsiones,

Solutio. Quinque modis fit petitio principij. diximus.n.oli quinq; modis peti principiū, vel sumi qd quærebatur, ut libro topicorū.8.dicit Aris. & elēcorū.1.

Cap. 5. Primo qdē mō: vt siquis in propōnibus id qd demr̄are vult assumat. Secūdo vt siqs volēs demōstrare particu-

Ca. 5. & 6. lare vlēm assumat illi subalternā. Tertio vt siqs vniuersalē velit demōstrare particularē petat illi subalternatā. Quarto vt siquis velit demōstrare aliquod cōiunctum: petat partē illius quālibet seorsum. Quinto uero ut siqs velit demonstrare vnū cōuertibile. Petat suū cōuertibile æquenotū cū illo, vel minus nonī, & hoc quinto mō q probare vult definitionē de definito ut qd est. Sumit alterā definitionē vt qd est aut æquenotā cum priore aut minus notā, ēt diximus, illud qd q̄ritur atq; probat: videlicet.a.esse aliud ab eo qd petitur in syllo videlicet.b. Tamen sub eadē rōne petitur.b. sub qua probat.a.quia.b.vt quid est petitur de homine, &.a.de homine q̄ritur vt qd est, & ita est idē q̄situm & concessum saltē

Quæ Neoterici. fm rōnem. ¶ Qua rōne non imperite dixerunt Neoterici in hoc syllō esse petitionē eius, qd in principio quærebatur fm intentionē, nō autē secundum rem, q̄n quærebat.a.sub intentione definitionis de.c.& petitur.b.de c.sub eadē intentione, sub qua quærebatur.a. quare eadē intentio sumitur, quæ q̄rritur. ¶ Them.āt dicit in hoc **Themist.** syllō peti qd quærebat, quatenus q intēdit probare definitionē de definito, instituebat demōstrare definitionē hominis per demonstrationē. Sed statim sumit sine demōstratione aliq; esse hominis definitionē. Est ergo petitio eius qd in principio: qa q volebat syllogizare definitionē de eo, cuius est nullā supponebat definitionem. In probando vero accepit aliquā, & ita eadē quærebat, & cōcedit. Nā supponēdo nullā, eā quā sumpsit, nō supposuit, & accipit quā non supposuit, quare eadē q̄rebat: q̄ concedit.ur. Quā rē Philop.approbat. Sed postea aliā assignat Arist.eius qd in principio quærebat, petitionē.

¶ Vlterius occurres, qa Aris.proposuit an definitio de **Dub. 5.** definito possit demr̄ari, et syllogizari, & tñ solū probat illā demr̄ari non posse. Propterea quispiā dicet eam falsā posse syllogizari. ¶ An quia idē est, nā si syllogizare **Solutio.** tur, id qd q̄rebatur peteretur. Propterea quod de demonstratione asserit, de syllogismo uoluit esse assertū.

*Id autem ipsum in duabus propositionibus, & primis medioque vacantibus terminis consideretur oportet. Maxime autem id quod dictum est elucescit.*

*Oportet autem in duabus propositionibus & primis, et immediatis considerare. Maxime enim manifestum, quod dicitur fit.*


Quid velit Aris.hic nō facile patet, q̄nquidē Alexā. **Com. 28.** verba hęc aliter, Aliterq; Simplicius itelligit. ¶ Propterea vr̄ mihi Aris.remouere quādā dubitationē circa ea, quæ dixit. Accepit.n.a.esse definitionē ipsius.c. Syllogizandā.b.vero eiusdē.c.esse medi ā aliā definitionē.s.inter.a.&.c. Posset ergo quispiā dicere adhuc iter.b. &.c. esse tertiā definitionē, quā oportet assumere anteq;.b.as sumat de.c. ¶ Respōdet igitur Arist.& inquit. ¶ Oportet autē hoc ipsum qd pauloante diximus, cōsiderare in duabus pponibus, & primis, & immediatis. Nā siue iter b.&.c.det alia media rō, siue nō cū non sit processus i infinitū, tandē ad immediatā & primā rōnē oportet venire. Et tūc in talibus exemplū nostrū cōsideret, nā tale exēplū i his magis elucescet ¶ Vel vt placet Siplicio.a.de **Simplic.** b.&.b.de.c.(vt imediatas pponēs & primas assumpsit) Assignat n̄ūc cām, cur vt immediatę: & primę assumpte sunt: qa si p se acciētia p prima & immediata demōstratur: multo magis quod qd est p prima & immediata demōstrabitur, & maxime qa si p immediata definitio demonstrabil, fiet manifestius: qd dictū est.s.qd petat qd quærebatur. ¶ Vel aliter (vt Sim.ēt exponit) dicamus **Alia expo Simplicij.** q Aris.declarat q̄do volētes demr̄are definitionē, ppōnes debent assumere, & dicit oportere ppōnes duas assumere eū, q demōstrare q̄rit definitionē de definito: & primas, & immediatas. Primas quidem & immediatas, vt seruet ius demr̄onis: qd est: vt sit ex primis & immediatis, duas vero, vt magis eluceat, qd dictū est de petitione eius qd q̄rebatur: nā multitudine propōnū nō ita elucceret, cū accideret cōfusio. ¶ Hæc tertia expō refert hęc verba ad demonstrationē: p quā iducebat definitio de definito. Primæ duæ verba retulerunt ad exemplū.

*Quid igitur per ea conuertuntur, quid sit anima, quid homo, uel quoduis aliud conantur ostendere, hi petunt id sine dubio quod initio quærunt, demonstrareq; nituntur. Vt si quis censuerit id animam esse, quod est sibi uiuendi causa, atque hoc numerum esse seipsum mouentem. Is enim necesse est postulet adeo animam numerum esse seipsum motu cientem, ut idem sit anima numerusq; seipsum mouens.*

¶ Qui

Putauerit. Assignauerit. Assumeret. Fuerit. enim. Igitur.

*Qui quidem igitur per conuersionem ostendentes sunt quid est Anima, aut quid est homo, Aut aliud quodlibet entium, quod est ex principio petunt, ut siquis putauerit animam esse eandem sibiipsi causam uiuendi. Hoc autem numerum seipsum mouentem. Necesse est enim petere animam, quod quidem est esse numerum seipsum mouentem, sic sicut idem ens.*




Com̃. 19. Duplex expositio tex. vna sm veritatẽ, altera secundũ Iuniores. Expositio secundum veritatem.

Hic textus vno mõ exponitur secũdũ veritatẽ. Alio modo secũdũ Iuniores: secũdũ veritatẽ quidem. ℭ Debes scire, ꝙ quidã constituebant cuiuslibet definiti duas definitiones, & dicebant alteram de definito per alterã demõstrari: verbi causa: ipsius animæ duæ definitiones sunt secundũ Xenocratem: altera quæsita: altera concessa: quæsita vt numerus seipsum mouens: concessa sibiipsi viuendi cã. Dicebant itaqꝫ quæsitam demõstrari per cõcessam: qm̃ per ipsã viuendi cãm: demõstratur de anima numerus seipsum mouẽs. Vbi patet i demõstratione tali demonstrari definitionẽ de definito: & tamẽ nec in ꝓpositionibus, nec in cõclusione ponitur ipsum vt qd est. Aris. ergo primo demõstrauit nõ posse demõstrari definitionẽ de definito nisi in cõclusione addatur vt qd est. Alioqn̄ non magis sciremus prædicatũ syllogizatum esse definitionẽ: q̃ aliud prædicatũ. s. genus vel accidẽs: vel ꝓpriũ. Postea declarauit: nõ posse definitionẽ demõstrari de definito vt quid est: nisi in vtraqꝫ propositione ponatur ipsum (vt qd est). Quibus deduxit esse petitionem principij in medio termino. At nũc vult ostendere ꝙ dato ꝙ nõ demonstratur definitio de definito vt qd: propositiones nõ debẽt accipere vt qd est: & vbi nõ acciperetur cõclusio vt quid est, neqꝫ propositiones: licet non peteretur principiũ formaliter: peteretur ꝑ identitatẽ. s. (vt ita loquar) idẽtice, vnde iquit. ℭ Qui quidẽ igr̃ per cõuersionẽ ostendentes sunt quid est anima, vt Xenocrates: qui ostẽdit animã esse numerũ seipsum mouẽtẽ per conuersionẽ. i. ꝑ esse sibi causa viuẽdi, quæ est definitio cõuertibilis cũ illa definitiõe demõstrata. Aut qd est hõ: Aut quid est aliud quoduis entiũ: quod ex principio petit. Et assignat exemplũ: & inquit. Vt siquis putauerit animã esse eandẽ sibiipsi cãm viuendi. Hoc aũt. s. cãm sibiipsi viuẽdi putauerit esse numerũ seipsum mouentẽ, hic sic syllogizans petit qđ est in principio: nã necesse est petere animã, quod qdẽ petere est accipere ipsam esse numerũ seipsum mouẽtẽ: & ita quærebamus an anima sit numerus seipsum mouẽs, & hoc petit. ℭ Sed occurres, quia nõ petit animã esse numerũ seipsum mouentẽ, sed i minore petitur animã esse causam sibiipsi viuẽdi.

Obiectio.

R̃n. Philop.

ℭ R̃ndet Philop. Aris. supponere idẽ esse. b. &. c. hoc ẽ animã: & sibiipsi cãm viuẽdi. Cuius cãm assignat. Quia si. b. esset aliud. a. c. tũc. a. in quo ponit numerus seipm mouens. esset definitio duorũ. s. ipsius. b. & ipsius. c. qđ est cõtra p̃cepta definitionis: qa igit ita est. Patet idẽ eẽ. b. &. c. & idẽ sibi. viuẽdi cã, & anima. Quod si. b. &. c. idẽ sũt, cũ qcqđ petit de aliquo: petat de eo: qđ ẽ idẽ illi. Si de. b. i maiore petitur. a. hoc est, si de sibiipsi viuẽdi cã petit numerus seipm mouẽs: Et. b. est idẽ ipsi. c qa sibi viuendi cã ẽ. i. animę, ergo &. a. petit de c. hoc est numerus seipsum mouẽs petet de ipsa anima: sed hoc q̃rebat: igit qđ principio q̃rebat: petit. Hãc r̃nsionẽ innuit Ari. cũ inqt. Sic sicut. i. ens, q̃si dicat sic syllogizãs petit animã esse numerũ seipm mouentẽ nõ formalr. Sed sic sicut idẽ ens hoc est ꝑ idẽtitatẽ, petit. n. i maiore idẽtice: qa accipit de b. hoc est de cã sibiipsi viuẽdi: qđ est idẽ ipsi. c. aĩæ. Quare petit idẽtice: & cũ ita sit sequit i talibus syllis. In qbus nõ ꝓbatur definitio, vt qd est de definito. Adhuc cõmitti saltẽ ꝑ idẽtitatẽ petitionẽ pricipij.

Dubium.

ℭ Sed dices Ari. docuit demõstrare formalẽ definitionẽ ꝑ materialẽ. & ecõtra. Ergo docuisset demr̃are ꝑ fallatiã petitionis principij.

Solutio.

ℭ Vno mõ dici põt vtrãqꝫ definitionẽ differre a definito qa vtraqꝫ dicit partẽ: quæ nõ est suũ totũ & vtraque iter se differt. Formalis. n. ẽ res alia a definito, & materialis ẽt: sicut forma alia a cõposito, & materia sim̃r: iter se quoqꝫ differũt sicut materia & forma: at definitiones cõuertibiles, de qbus locutus est Xenocrates: erãt ambæ totales: & simplr datæ de anima. Iõ ambæ inter se eædẽ & cũ ipsa anima.

Alia solut.

ℭ Vel dici põt nõ eẽ absurdũ cõmitti petitionẽ principij demr̃onibus idẽticã. Mõ nõ cõmittat formaliter: & si dicit Aris. iducit hoc tãq̃ absurdũ cõtra Xenocratẽ: dici põt hoc nõ duxisse tãq̃ absurdũ: qa non destruxit ipsum. Sed solũ voluit inuere ẽt aliquo mõ peti in talibus syllis. licet nõ ꝓbet per ipsos definitio ut qd est, & ita nõ vt absũrdũ hoc iduxit: sed vt dignũ cõsideratiõe.

Expositio Iuniorum.

ℭ Alr̃ hic textus exponi põt secũdũ Iuniores: vt dicamus Ari. velle ꝓbare nõ posse alterã definitionẽ demõstrari ꝑ alterã vt qd est, qa peteret principiũ secundũ intentionẽ, nã cũ assumeret in minore animã esse sibiipsi cãm viuendi vt qd est: petit numerus seipsum mouens: nõ sed secũdũ rẽ intentionẽ: nã licet. a. sit aliud. a. b. tñ sub ea rõne petit. b. sub qua ꝓbat. a. nã. b. vt qd est petit de anima, &. a. vt qd est q̃rit de hoie: & ita est idẽ cõcessum & q̃situ saltem scđm eãdẽ itentionẽ, & hoc ingr. Necesse est. n. petere animã, qđ qdẽ petere est accipere numerũ seipsum mouentem i minore. Licet. n. hoc scđm rẽ nõ accipiat in minore accipit sic sicut idem ens, qm̃ accipit b. tãq̃ idem ens ipsi. a. cũ accipit sub eadem itentione. At qđ sub eadem intentione accipitur, et si non accipiatur vere idem illi, sub cuius intentione accipitur, tamen accipitur q̃si idem illi, & sic in minore petitur. a. non uere, sed vt idem ens saltem secundum intentionem. At hoc esse absurdum superius declaratum est.


*Non enim si. a. quidem ipsum b. b. uero. c. ipsum sequitur. a. diffinitio erit ipsius. c. sed de ipso tantum uere dicetur, ut patet. Neque si rursus. a. ratione substantiæ competit & de omni. b prædicatur. a. continuo diffinitio erit ipsius. c.*

*Non enim si consequitur. a. b. & hoc. c. erit ipsi. c. a. quod quid erat esse. Sed uerum erit dicere solum. Neque si est. a. quod quid est, & de. b. prædicetur omni.*


Com̃. 30.

Superius Arist. accepit nõ posse ꝓbari definitionem de definito vt qd est, nisi vtraqꝫ interualla habeãt vt qd est. Sed qa accepit hoc: & nõ ꝓbauit. Nunc ꝓbat. cũ inqt. ℭ Nõ. n. si cõseqtur. a. ad. b. & hoc. b. ad. c. erit ipsi. c. a. qđ quid erat esse. Sed verũ erit dicere solũ, sic igitur nõ põt definitio de definito demr̃ari vt quid est, si vtraqꝫ ꝓpõ accipiãtur absolute, qa vbi sic absolute acciperentur, non sequetur. a. de. c. vt quid est. Sed absolute. a. de


c.verbi cã,siquis sic syllogizabit, Oẽ aial est suba aiata sensitiua. Omnis hõ est aial, non ppea sequit. Ergo hõ ẽ substantia animata sensitiua: vt qd est. Erũt.n. Assumptę





ppões verę, & cõclo falsa. Non.n. suba animata sensitiua de hoie dr ut definitio hoīs, cũ dicaꝛ de animali ut definitio, & nõ de hoie. Preterea necq; seqꝛ.a.de.b. vt qd ẽ: si altera ppõ solũ sit vt qd est, qa nõ sit in maiore accipiatur vt qd est. Non.n. sequit si.a.de.b. vt qd pdicatur: & .b.de.c. nõ vt qd est. sed absolute: vt.a.de.b. pdiceꝛ vt qd est, vnde inquit. Necq; si est.a. qd quid est, & pdicetur de oi.b. vt quid est, sup. sequitur.a. pdicari de.c. vt quid est. Non.n. sequitur: Oẽ aial est substantia aiata sensitiua




vt quid est. Oīs hõ est animal: Ergo oīs hõ est substantia aiata sensitiua vt qd ẽ, nã ambę ppões sunt verę, & cõclusio falsa, cũ (vt dictũ est) Suba aiata sensitiua nõ pdiceꝛ de homine vt quid est, sed de aiali, nisi rõne si sola mi nor hẽat qd est. Nõ.n. sequiꝛ. Oẽ animal rõnale est substantia aiata sensitiua: Oīs hõ est animal rõnale, vt qd ẽ:





Ergo oīs hõ est substantia aiata sensitiua; vt quid est, qa (vt diximus) Substãtia aiata sensitiua non est definitio hoīs, ideo non põt inferri de homine, vt illius qd qd est. Tacuit ãt hoc Aris. quia de silibus idẽ est iudiciũ. Cũ.n. pbauit ex sola maiore hñte qd ẽ nõ sequi cõclõnẽ hñte qd ẽ: idẽ voluit eẽ itelligẽdũ de minore. Quare si debet demrari q̃d hoie suba aiata sẽsitiua, vt qd ẽ. vtraq; debet




hñc quid est, hoc pacto. Oẽ aial rationale ẽ substãtia aiata sensitiua vt quid ẽ, Oīs homo est aial rõnale vt quid est, Ergo oīs hõ est substãtia aiata sensitiua, vt qd ẽ. Sed quia conclõ ẽ falsa: & nõ rõne minoris, ergo rõne maioris. Patet ergo non posse definitionẽ de demrari definito vt quid ẽ. Q̃d erat quarta suppõ superius assumpta.

*Quãquam n. animalis esse, de hominis, esse dicitur, omne n. animal rationalis particeps substãtia uere est animal particeps, quę est principiũ sentiendi, quẽadmodum & omnis hõ est animal, non tamen hoc dicitur pacto ut unum sit. Si igitur quispiã hoc hoc pacto terminos sumpserit, nunquam. a. sane quidditatem ipsius. c. substantiamq; esse concluserit.*

*Et n. animalis esse prędicantur de hominis esse. Verum n. est de omni, hoīs esse animalis esse sicut & de omni homine aial. Sed non sic sicut unum esse. Siquidem igitur non sic accipiat non syllogizatur q. a. sit ipsius. c. quod quid erat esse & substantia.*




Q̃d autẽ ex duabus absolutis nõ syllgizetur definitio de definitio vt qd ẽ exponit p terminos. Et in a. ponit rõnẽ animalis. s. substantiã animatã sensitiuã, in. b. rõnẽ hominis. s. animal rõnale. in. c. uero ponit hominem: et inquit. ¶ Et n. animalis esse. s. suba animata sentiua, q̃ ẽ animalis est & rõ prędicatur de hominis esse. s. de animali rationali, quod est esse atq; hominis ratio. Verũ.n. est de oi, hominis esse animalis esse, qm omne animal ratiõale est substantia animata sensitiua, Sicut & de omni homine prędicatur animal, non tñ ratio animalis de rõnaẽ hominis prędicaꝛ ut vnũ esse hoc est vt quid est: nec ratio hominis de homine vt quid est, qm igiꝛ ratio aialis pdicatur de rõne hoīs non ut vnũ & idẽ rem, qd est p dicari vt quid est: nec etiã in minore accipitur vt quid est, licet posit accipi. Dicit siquidẽ igiꝛ nõ sic accipiaꝛ. s. vt quid est in vtraq; ppõne non syllogizatur q. a. sit ipsius. c. qd quid erat esse & substantia, quia ppões erũt verę & conclõ falsa, ut intelligenti patet. Perspicuũ igiꝛ est definitionẽ nõ posse syllogizari de definito vt quid est, nisi in vtraq; accipiatur (vt quid est) qd erat qrta sup põ: tacuit ãt exẽpla alia. Vbi aut maior aut minor absolute acciperetur, quia facile est inuenire. ¶ Debes scire q Simplicius probat hic non posse syllogizari definitionẽ de definito ut quid est, ex altera reduplicatiua solũ, nã modus conclõnis sequitur modũ alterius propositionis. Altera igitur ppositionũ erit reduplicatiua: q si vna, ergo & omnes. Si n. altera tãtũ sit reduplicatiua. Altera uero absoluta, cũ reduplicatiua sit potior, absoluta vero debilior pars: & conclusio semper debiliorem partẽ sequitur, vt in prioribus patet, conclusio absolutã propositionem sequetur. Quare conclusio erit absoluta: quod est contra pręsuppositum. Si igitur conclusio est reduplicatiua. Oportet omnes esse reduplicatiuas.

*Si autem hoc acceperit modo: tum ante profecto. b. ipsius. c. diffinitionem sumpserit esse, quare non demonstrabit. Sumit enim id quod initio quęrebatur.*

*Si uero sic accipiat, prius erit accipiens in. c. quoniã est quod quid erat esse. b. Quare non demonstratum est. Quod enim erat in principio, accepit.*

Probata quarta suppõne, breuibus repetit vi rõnis: q̃ hypothetice sic cõficit. Si definitio de definito demõstrabitur, Oportet vt demõstreꝛ vt quid est de suo definito

Com. 31. | Quæ Simplicius. | 1 priorũ. Ca. 15. in digressione | Com. 32.

finito. Alioquin non magis sciremus ipsam esse de suo definito definitionẽ, q̃ aliud p̃dicatũ. Si definitio demõstrat de suo definito vt qd est, oportet ut vtraq; ppõ habeat vt quid est. Sin autẽ sic accipiat in vtraq; s. assumendo semp ut qd est: prius erit accipiens in .c. definitio, qm̃ b. est qd quid erat esse ipsius, quare non demonstratum est, quod .n. erat in principio, accepit. Supponẽs .n. nullã ipsius .c. esse definitionẽ, & quęrẽs a principio an aliq̃ sit ipsius .c. definitio: accepit .b. esse ipsius .c. definitionẽ: & ita accipit: in medio, qd q̃sierat. ℭ Simplicius tribus rõnibus probauit definitionem de definito, ut qd est demonstrari nõ posse. Prima quidẽ ex eo, quod nullũ antecedens demonstrationẽ: per demonstrationẽ demonstrat. At definitio antecedit demonstrationẽ. Secunda vero ex eo, q̃a ita qui ita qdditas ad demrõnẽ se habet: vt intellectus ad animã. At intellectus prior anima est, quare & quidditas demrõne: non per demrõnẽ accepi poterit. Tertia deniq;, q̃ sũba accñte prior sit, definitio est substantia, demonstratio accñtiũ p se: quo fit, vt definitio demrõne sit prior. ℭ Sed q̃ntũ rõnes hæ valeãt dissserẽdũ nũc nõ ẽ. Trãseat ãt. atq; quo valere põt, valeãt.

*Quæ Simplicius.*

*At qui neq; per diuisionis uiam fit ratiocinatio ut in priorũ resolutiuorum diximus libro. nunquam .n. in diuisione fit ut cum hæc sint necessario illa sequantur, sed fit perinde atq; cum quispiam inducit. Non .n. demonstrat, nam non interrogare cõclusionẽ oportet, nec quia data est. ideo ipsam esse oportet, sed necesse est ipsam esse cum illa sint: & si hisce qui respondet non dicit nec assentitur. Etenim si quispiam hoc interrogat pacto, homo animal ne an inanimatum est, deinde accipit animal, nullam prorsus ratiocinationem facit ut patet. Rursus si omne animal greßibile esse, aut aquatilem dixerit. Deinde greßibile ceperit, nullam ratiocinationem fecit profecto, nec hominem hoc esse totum animal inquam greßibile necessario ex dictis emergit, sed hoc quoque perinde ut illa sumit. Atq; nihil omnino refert siue in multis siue in paucis hoc pacto fiat, est enim idem.*

Text. 4. *At uero neq; per diuisiones uia hæc syllogizat sicut in resolutione circa figuram fere dictũ est. Nequaquã .n. necessario fit rem illam esse, cum hæc sint. Sed sicut neq; inducens demonstrat. Non enim oportet conclusionem interrogare, neq; eo q̃ concedatur, esse. Sed necesse est esse, cum sint illa, & si non dicat respondens. Vtrum homo animal est, aut inanimatum? Postea accipit animal non syllogizat. Iterum omne animal aut greßibile, aut aquaticum, accipit greßibile, & hominem esse totum animal greßibile non necesse erit ex dictis. Sed accipit & hoc differt autem nihil in multis, aut in paucis sic dicere. Idem enim est.*

Com. 33. Intentio Aristo. fm The. Auer. & alios Simplicius & Philopo. Omnes fere arbitrãtur Aris. nunc velle pbare definitionẽ de rẽ, cuius est definitio, p diuisionẽ pbari nõ posse. ℭ Quã expositionẽ The. & Auer. innuunt, sequuntur quę ipsam cæteri. ℭ At melius cũ Simplicio atq; Phil. dicendum est. Cũ .n. Aris. declarauit demrãtiuam scientiam aliã esse a definitiua: & definitionẽ alterã esse a demonstratione, quia igitur, qui diuisione definitionẽ inuenit, syllogizare videtur. Ideo ostẽdit nũc diuisionẽ a demõstratione syllogismoq; ipso alterã eẽ, simulq; cũ hoc ostendens, eos, q ad definitionis inuẽtionẽ diuisione utũtur, nequaq; syllogizare. ℭ Ex his apparet error expositorũ: qui arbitrantur Aristot. velle probare definitionẽ inueniri non posse diuisiua. Methodo, qđ falsum est, nã definitio nulla alia via inueniri põt, q̃ diuisione: licet illa nõ fit absq; petitione principij. Sed itẽdit pbare diuisionẽ alterã esse a syllo: demõstrationeq; ipsa, & q̃ q vtitur diuisione ad definitionis inuẽtionẽ: non syllogizat: neq; demonstrat. Et hoc proponit Aris. cũ inquit ℭ At vero neq; via, quę p diuisiones est: hoc est neq; via diuisiua: qua vtimur ad inuentionẽ definitionis: syllogizat, sicut in libro prio. fere dictũ est, qui liber est inscriptus de solutione figurarũ. Ergo Aris. non negat definitionẽ inueniri diuisiua via. Sed ait illã nõ esse syllm, neq; demonstrationẽ, probat uero Aris. hoc primo. Syllogismus ẽ oratio: in qua quibusdã positis aliud sequitur de necessitate. Diuisio non est oratio: in qua quibusdã positis aliud seqtur: ergo in secũda figura diuisio nõ est syllogismus. De ratione ponit minorẽ: cũ inqt. Nequaq; .n. necessario fit rẽ illã esse: cũ hæc sint. q.d. Diuisio non est oratio, in qua quibusdã positis necessario alia res sequitur ex illis. Quare repete conclusionẽ s. q̃ diuisio nõ est syllogismus. ℭ Sed dubitabis fortasse, & qdẽ non ab rõne, nã in diuisiua Methodo sunt duo pcessus alter syllogismus, alter enthymema, uerbi cã. Si uoluero pbarẽ omnẽ hominem esse aial: faciã hoc pacto, Oẽ animatũ animal est, uel in animal, Omnis hõ est aiatũ, Ergo omnis homo animal est, aut in animal. Hic est primus pcessus, qui syllogismus ẽ. Secundus vero est enthymema hoc pacto, Ois hõ est aial vel inanimal. Sed non est inanimal: ergo est animal. Hoc .n. enthymema est, in quo pceditur a toto disiũcto cũ destructione alterius partis ad alterã: vel est processus quidã hypotheticus, in quo procedit a toto disiuncto cũ destructione alterius partis ad alteram. Quia si in diuisiua Methodo sunt duo pcessus, nunc saltẽ ipsa erit syllogistica fm primũ pcessum. Nõ ergo recte Aris. asserit nullo mõ diuisionẽ esse syllm, cũ secundũ partẽ sit sylls, q̃re minor rõnis Aristo. falsa est: qm̃ saltẽ fm partẽ diuisio est oratio, in qua q̃busdã positis aliud emergit. ℭ Et dicendũ q̃ definitio non probat de definito per primũ processum, vt recte Neoterici asserunt. Sed per fm, ut omnibus perspicuũ est. At secundus non est sylls, nec oratio i qua duobus ad minus positis, aliud sequitur necessario ex illis, nõ ergo diuisio erit sylls. Cũ secũda pars q̃ probat definitionẽ sylls nõ sit. ℭ Deinde sequunt illa verba. Sed sicut neq; inducens. Quæ Phil. copulat ad præcedentia, accipit .n. diuisionem non esse orationẽ, in qua q̃busdã positis aliud sequit: nõ probauit ideo secũdũ Philopo. nunc illud probare videt. Simplicius vero vult Aris. hic facere secũdã rõnẽ, p argumẽtũ a simili, sunt .n. ut inquit. Tria argumẽta: Aliud, qđ procedit ab eo, quod est magis, ad id: qđ est minus, & quidẽ negatiue, hoc pacto, vt si qd magis dicitur esse: non est, qđ minus videt esse, minime erit. Aliud qđ procedit affirmatiue ab eo, qđ minus est, ad id, qđ magis est, vt si qđ minus uidetur esse, est, quod magis vr esse, erit. Aliud qd procedit indifferẽter affirmatiue, & negatiue ab eo, qđ est simile ad id, qđ simile est, & hoc pacto (vt Simplicius autumat) Aris. argumẽtatur. Nã si quod alicui simile est, nõ est, id cui simile ẽ, minime erit, sed diuisio similis est inductioni, & inducẽs neq; syllogizat: neque demrat, ergo nec diuisio vnde inquit. Sed sicut inducẽs nõ demrat, ita sup. nec diuidẽs demõstrat. ℭ Sed q̃ro nec inductio demret, nec diuisio, Gręci interpræ tes, vt Simplicius, & Philoponus Arist. declarare volũt ex uerbis sequentibus. s. q̃a demro nõ interrogat cõclõnem, nec sumit illam: vt concessam. At diuidens, & inducens aut conclusionem interrogat, aut illam datam cõ-

Error expositorum.

Syls text.

Dubium.

Quæ Phil.

2. topico. Capitu. 27.

Q̃ro nec inductio nec diuisio demõstret Græci.

Qualis ex positio. cessamq; sumit, vt postea declarabitur. Hæc expõ uera est.sed in vno est dubiũ,qa p verba sequentia Arist.solũ oñdit de diuidente, q ipse conclõnem interrogat: aut concessam suma: ¶ Propterea tãtis viris non contradicendo. Sed solũ innuendo dicerẽ. Aris.reliqsse nobis de clarandũ qũo idiuens non demr̃at,neq; diuidens. Accepit.n.iaq; aut declaratũ.i.prio.aut iaq; nobis declarandũ. ¶ Quidã intelligentes per diuisionem primũ ꝓcessum syllogisticũ in diuisiua Methodo,dixerũt Aris.voluisse eũ nõ esse demrõnẽ, sicut nec inductio est demrõ.

Propria positio.

Expõ alia quorũdam

Com. 64. Declarauit in quibus scimus simul quia est, & quid est. Et dixit nos scire simul si est, & quid est, quando scimus quia est per medium hoc est per causam, nam causa est definitio causalis. Nunc vero declarat quando nō scimus simul quia est, & quid est, & inquit. ¶ Si vero non scimus per medium, scausale alicuius rei existentiam, sed per accidens illi existentiæ, quia est scimus, quid autem res sit, nescimus & ponit exemplum sit Luna C, defectus A, Lunam plenam omni impedimento deducto Vmbram non posse facere, dico omni impedimento deducto, ita vt nec Nebula occultet Lunam, nec aliquo nostrum in medio existente manifesto, quo ipsa Luna occultetur. Lunam igitur plenam omni impedimento deducto Vmbram non posse facere ponatur in quo B. Si igitur terminis sic dispositis: In C est B, Hoc est in Luna est non posse facere Vmbram, cum nullus nostrum in medio sit. Hæc enim vera est Luna non facit Vmbrā deducto omni impedimento. In hoc autem. s. B est A, quod est deficere, quoniā omne lumine deficiens non facit Vmbram, terminis & propositionibus ita concessis, quia deficit Luna quidem manifestum est, sed propter quid deficiat nondum manifestū est, & ne quis dicat exemplum non esse ad propositum, quia nos loquimur in quæstione simplici. & exēplum est in composita, Ideo subdit. & quia defectus est, quidem scimus, quid autē est defectus. nescimus. Et ita patet in simplici quæstione quando non simul scimus quia est, & quid est. Deinde ostendit ordinem in quęsitis: vt ostendat hoc, quod dictum est, esse bene dictum, & inquit, Cum autem manifestum est quia A defectus in C Luna est, & quæritur propter quid A inest ipsi C, hoc quærere est B quęrere quid est: Vtrum sit obiectio, aut conuersio Lunæ, aut extinctio lucis. Ab Antiquis tres causæ Eclypsis Lunæ assignatæ sunt Quidam enim dixerunt Lunam Eclypsari, quia habet duas facies, Alteram lucidam, Alteram Opacam, Cum cōuertit ad nos

Tres causæ de eclypsis lunæ assignatæ fuerunt ab antiquis.

Opacam faciem dixerunt illam Eclypsari. Alij dixerūt Lunā extingui in sua luce certo tempore, & certo non: Dicebant vero Eclypsari, cum extinguitur in luce. Veriores dixerunt Lunam Eclypsari cum Terra interponitur inter ipsam & Solem. Propterea Aristot. dicit B quærere est quid est, Vtrum obiectio Terræ, quæ reuera causa est Eclypsis, aut conuersio Lunę, aut extinctio luminis. Verum istę vltimę duæ causę (vt Philoponus inquit) falsę sunt. Sed quęuis assignetur, hæc (vt Aristo. ĩquit) est ratio, & definitio alterius termini. vt in his de finitionibus, quæ sunt ipsius A, Est enim defectus obiectio a Terra, & ita est definitio prædicati, cum reponatur in his definitionibus, quę sunt ipsius A, quod est prędicatum. Et non cōtentus vno exemplo, apponit aliud secundum Pythagorā (vt dicit Philoponus) & inquit. Quid est Tonitruū Ignis extinctio in Nube facta propter quid Tonat, quia extinguitur ignis in Nube, ergo sit Nubes C, Tonitruum A, extinctio ignis B, terminis sic dispositis, C Igitur Nube est B, Extinguitur enim in ipsa Nube ignis, Huic autem B inest sonus siue Tonitruum, quod. n. extinguitur in Nube, tonat. Patet etiam hoc exemplo B esse rationem definitiuam atq; causalem ipsius A primi termini. Si autem iterū huius aliud mediū sit, ex reliquis erit rationibus. ¶ Thomas bonus Aristotelis interpres exponit hęc, Si autē inquit, Oportet accipere adhuc aliud medium ad demonstrandum definitionem Maioris aut de subiecto, aut de ipsamet Maiore ex reliquis erit rōnibus, hoc est tale mediū erit ex rationibus subiecti, nā definitio subiecti pōt esse medium ad demonstrādum definitionem maioris de maiore: & de subiecto illius maioris, pōt enim definitio hominis esse medium ad demonstrandum aptū ridere de risibili, & de ipso homine. Philoponus autem hæc Aristo. dicit addere, quia contingit quandoq; demonstrari prędicatum aliquod de subiecto per aliud prędicatum per se, quod per se competit prędicato demōstrato vt si demonstraremus risibile de homine per disciplinę capax, hoc pacto hominis homo est disciplinę capax, omne disciplinę capax est risibile, ergo omnis homo est risibilis, Vbi patet risibile de homine demrari per quoddam prædicatum per se de risibili, & de homine, qd nō est definitio risibilis, ideo dicit. Si autē iterum huius maioris propositionis, videlicet omne disciplinæ capax est risibile, aliud medium sit, quia medium non est definitio, ex reliquis erit rationibus demonstrandum, vtpote ex ratione risibilis prædicātis de homine, & ita quotiens demonstratur passio de aliquo subiecto, & non per definitionem passionis, sed per aliam passionem, Poterit adhuc accipi aliud medium scilicet definitio passionis, illius ad probandam maiorem propositionem, hęc vt puto, Philoponus intelligit.

Quæ Sã. Tho.

Philopo.

*Quo igitur pacto sumitur ipsum quid est & sit notum satis iā diximus. Quare ratiocinatio quidē ipsius quid est demonstratio quæ non sit per ratiocinationem tamen innotescit & demonstrationem. Quo circa neq; sine demonstratione fieri potest, ut cognoscatur ipsum quid est cuius est alia causa, neq; rursus ipsius est demonstratio, ut in dubitationibus etiam diximus.*

*Quomodo quidem igitur accipitur quid est, & sit notum, dictum est. Quare syllogismus ipsius quid est non fit, neque demonstratio. Manifestum tamen est per syllogismum & demonstrationem. Quare neque sine demonstratione est cognoscere*

*ferre quid est, cuius est causa alia, neq; est demonstratio ipsius: sicut & in oppositionibus diximus.*

Com. 65. Aliud est aliquid esse demonstrationem aliciuus & aliud est esse notum p demonstrationem. Simplicij & Philop. expositio.

Epilogat & ꝑpositũ cõcludit, Vbi debes scire aliud esse alicuius esse demõstrationẽ, & aliud esse aliquid notum p demõstrationem, vel non sine demonstratione Praedicati qđ de aliquo subiecto demõstratur, demõstratio atq; syllogismus est. Et ipsum per demonstrationem innotescit, medium vero p qđ pdicatũ illud de subiecto demonstratur, p demonstrationẽ innotescit, quia nõ sine demonstratione patet, non tñ eius est demõstratio aut syllogismus, cũ de nullo vt prędicatum demonstratur. vult igitur (vt Philoponus & Simplicius exponunt) definitionis non eẽ demonstrationẽ tanq̃ pdicati qđ de subiecto demrẽtur. Sed vult ipsam p demonstrationẽ haberi, qm̃ in demõstratione simul habet ga est, & quid est. inquit. ℭ Qũo quidẽ igitur accipit qd est, & fit notum, & dictum est, & mihi videtur verbũ quare legẽdũ esse causaliter. q. d. causam eius, quod epilogauit, dicens, nam syllogismus ipsius quid est, vt de altero pdicantis non fit, neq; demonstratio, manifestũ tñ est p syllm & demõstrationem, saltem quia cõnotescit cũ eo, quod demõstrat. Et propterea cõcludit, quare neq; sine demõstratione est cognoscere quid est, eius rei videlicet: cuius est alia cã. & definitio causalis. Neq; est demonstratio ipsius (vt pdicati, vt in oppõnibus diximus) quia esset petitio principij Ex his apparet quõ definitio cã & mediũ idẽ est (vt Themistius colligit) Nam definitio est medium compositionis syllogisticae, causa vero essendi praedicati, definitio autem praedicati.

*Est aũt quorũdã quidẽ alia quędã causa, quorũdã autẽ non est. Quare patet ut ipsorũ quid est quędã sacare medio principiaq; esse. Quę quidẽ & esse, et quid sunt supponere uel alio mõ facere manifesta oportet. Quod arithmeticus facit. Nã & quid sit unitas, & unitatẽ eẽ supponit. Eorum aũt quę mediũ habent, & quorũ est aliqua cã, alia a substãtia fit. ut p demonstrationem ipsum quid est, ut diximus declaretur, non demonstretur.*

Tex. 9. *Est aũt quorundã quidem altera quędã causa: quorundam autem non est. Quare manifestũ est quoniã & eorum: quę sunt quid est: Alia quidem sine medio & principia sunt. quę & esse: & quia sunt supponere oportet: aut alio modo manifesta facere: quod quidem Arithmeticus facit. Et namq; quid est unitatem supponit: & quia est. Sed habentium medium: quorum est quędam altera causa a substantia: est per demonstrationem (sicut dictum est) ostendere: non quid est demonstrantes.*

Com. 66. expõ Phi. Iste textus nõ ẽ leuis, nec clarus (vt vides) Philoponus exponit, q̃ Aristo. postquã declarauit in ipso quia ẽ, qđ p causam demõstratur, videri ipsum quid ẽ, Nũc õndit nõ esse hoc in omnibus, nam definitionũ alia est, q̃ nec p demonstrationẽ, nec in demonstratione innotescit. Alia vero, quae licet non demonstratur, in demonstratione innotescit, ꝑcedit autem a diuisione rerũ, ad diuisionem definitionum, & inquit. ℭ Est autem quarũdam rerum, quae alteri inexistunt, vt Irae Eclypsis, Tonitrui, & caeterarum id genus. Altera quaedam causa, quia ipse non sibijpsis causae sunt, vt alteri insint. Non enim ipsa Ira sibijpsi causa est, vt alicui insit, nec Eclypsis vt insit Lunae, nec Tonitruũ, vt insit nubibus. Quarũdã autẽ rerum, quae alteri insunt, non ẽ altera causa, Sed ipsae sibijpsis causae sunt, vt alteri insint. Vt Linea Vnitas Pũctus & similia. Vnũquodq; enim horũ ipsum sibijpsi cã ẽ linea. n. sibijpsi causa ẽ, quatenus est lõgitudo sine latitudine, & vnitas similiter sibijpsi causa est, Et si q̃ris haec habere cãm, quia sunt accidentia. Rñdet Thomas, & q̃dem bene, haec habere causam, Sed non vt contrahunt ad aliquod genus subiectum alicuius scientiae, Vnitas n. licet habeat causam, nõ tñ (vt cõtrahitur ad arithmeticã) cuius subiectum est Vnitas habet causam, nã in numeris est deuenire ad vnitatẽ, cuius in hoc genere nõ ẽ aliud principiũ. Ex hac diuisione rerum. cõcludit diuisionẽ definitionũ, & declarat quae definitiones in demõstratione patent, & quae non patent, sed sunt p se notae vel p sensum, vel seipsis, & inquit. Quare manifestũ est qm̃ & ipsorũ qđ quid est sine definitionũ Alia quidem sine medio & principia sunt, sine medio qdẽ, qa earũ nõ est demõstratio, principia vero, quia ipsa e esse et quia sunt supponere oportet aut alio modo manifesta facere, vt pote p sensum. Sic igitur patet esse quasdã definitiones, quę nec demõstrantur, nec in demõstratione innotescunt, Sed (Vt principia in scientijs supponuntur) & tales definitiones earum rerum sunt, quę in scientijs sibijpsis causae sunt. Quod quidem Arithmeticus facit, nã & quid vnitas sit, supponit, & quia est. De inde tangit aliud membrũ, & inquit. Sed rerum, quae habẽt medium, hoc est, Sed earum quae alteri insunt per mediũ, quarum est altera causa ab ipsarum substantia siue existentia, vt sunt Ira, Eclypsis, Tonitruum, & id genus, ipsum suppie quid est, est, vt dictum est. p demõstrationẽ ostendere, nõ tñ quid ẽ demõstrantes. Sic igit definitiones alię sunt, quae in demõstratione innotescunt, licet p demõstrationẽ (vt pdicata nõ demõstrãtur) & haec sunt earum rerum, quae nõ sunt ipsae sibijpsis causę essendi, sed in subiecto genere alicuius sciẽtiae habẽt alterã causam, ideo clarescunt, atq; simul cum demonstrationibus inuestigãtur ℭ Quo vero ad verba attinet, Verba illa definitiones qdẽ secũdũ speciẽ factae nullũ habẽt medium, quo demõstrẽtur: sed definitiones secũdũ materiã factae possunt habere mediũ, nõ legi in Graecis Codicibus, nec Philoponus, nec Simplicius in suis libris habebãt, nec sunt ad ꝑpositũ expositionũ Graecorũ. Propterea recte Thomas inquit, Illa fuisse potius glossam, quę per errorem scriptorum introducta est loco textus.

Dubiũ. Respõsio Sã. Tho. Philop. Verborũ expositio.

*Cum autem definitio dicatur esse oratio ipsius quod est, patet quan dam definitionem orationem esse, quę id explicat quod nomen significat uel quę nominis interpretationem complectitur, ueluti quid significat triangulus nomine, quem habentes esse, quęrimus. deinde propter quid est*

*Definitio autẽ: quoniã dicitur rõ ipsius quid est: manifestũ ẽ, quoniã aliqua quidẽ rõ erit ipsius quid significat nomẽ: siue altera rõ nominalis: ut ipsum qđ significat: quid ẽ inq̃tum triãgulus, quod quidẽ habentes quod est: Quęrimus propter quid est.*

Com. 67. Duo huc usq; declarauit: an definitionis sit demõstratio, & quõ definitio in demõstratione colligat. At nũc distinguit definitionẽ, & declarat quot modis dr̃ definitio, et hoc ꝑpter duo (vt Phil inquit) Et vt intelligamus de qua definitione ea, quae dicta sunt intelligenda sunt, et vt sciamus quid ipsa definitionis definitio sit, Cũ. n. definitio sit multiplex, non potest sciri quid ipsa definitio sit, nisi multiplicitas tollatur, inquit ℭ Quoniam autem definitio dicitur ratio ipsius quid est, et quid est duplex est, aut quid est absolute, aut quid est ipsum nomẽ significãs, manifestum est, quoniã definitio duplex est, Aliqua quidem rõ erit ipsius significãtis, vt ipsius quid

significat nomen. Siue (qđ idē est) Altera est ratio nominalis: quę dr̄ interpretatiua nominis, Altera supple erit ipsius significati (vtpote quid ipsum ē) & ponit exēplū nominalis definitionis: & inquit. Vt ipsum nomē triangulus, qđ significat, quid ē inquantū triangulus, hoc est inq̄tū nomē triāguli. Deinde sequuntur illa verba quod quidē hn̄tes & reliqua, & possunt legi sic: Qđ quidem habētes: quid est, illud qđ significat q̄rimus pp quid est. Et tūc iuxta hāc expon̄e velle videt Aristo. de nomine esse: duas q̄ones vt quid significat nomen, ,pp̄ter quid significat, vt hoc nomē Lapis quid significat, si dicit Silicē, vel Marmor, quæri pōt vlterius: quare: & possumus dicere quia ledit pedē: Siliter de nomine triangulus q̄ri pōt quid hoc nomen significat, & possumus dicere hāc figurā, quę in puluere ē, Iterū si quis q̄rat ,pp̄ter quid. dicemus, quia triāgulus dr̄ quia ē trium angulorū. Vel lege sic: quod quidē significatū trianguli habētes qđ est idest esse, & φ sit: quęrimus pp quid est, & tunc vult sciri aliq̄n rem esse ex interpretatiua rōne: & quū scit rē esse ex interpretatiua rōne, quęrimus: pp quid est res illa. Philoponus legit sic: qđ quidē habentes quid ē: hoc ē quam definitionem nominalē cū inuenimus prius φ est: Tunc quærimus pp quid est: id est cāl̄ē rei definitionem: quæ est assecutiua naturæ rei, & ita innuit ordinē definitionū: est definitio nominalis prior, postea essentialis: quæ ē & causalis: & hæc expositio magis placet.

*Difficile autē est hoc pacto sumere ea quæ nescimus esse, eausamq; difficultatis antea diximus nam neq; si sint an non sint scimus, nisi per accidens.*

*Difficile autē est sic accipere, quæ non scimus quia sunt, causa autem prius dicta est difficultatis, quia neq; si est aut non est scimus nisi secundum accidens.*

Com. 68. Quia Arist. accepit duas esse definitiones, Alteram nominis: Alterā rei: quā cāl̄ē: & pp qđ appellandi: Nūc (vt Philoponus arbitrat̄ ponit drīā inter illas) & vult definitionē nominis posse haberi sine p̄sciētia ipsius qa est: Scimus. n. quid nominis Vacuū: & non scimus qa ē. At definitio rei haberi nō pōt, nisi præsciamus quia est res. Et iuxta hæc lege difficile autē imo impoſīe ē sic id est quiditatiue accipere ea, quæ nō scimus qa sunt: et cā difficultatis dicta est prius. s. qa si ē p̄cedit qđ est. At qđ nominis haberi pōt sine p̄sentia existētiæ rei ❡ Et dices cōtra quoniā definitio qđ nominis vr̄ sufficere pro sciētia exn̄tiæ rei, R̄ndet talē nō sufficere: quia neq; si ē. aut nō ē scimus p definitionē quid nominis sup. nisi per accidens, vtpote inquātum rō nominis sumitur, aliquo mō ab accidētibus rei, quæ significat̄ p nomen. ❡ Vel fortasse aliter hæc verba intelligi possunt, dictum est. n.: post sciētiā quid rei ❡ Cōtra qs obijceret, quia tunc qđ rei posset haberi sine præsentia existētiæ, eum statim ad quid nominis sequatur qđ rei. Rn̄dēt difficile autē ē s. s. quiditatiue accipere ea, quę nō scimus qa sunt, et ita post scientiā quid nominis. non statim scimus quid rei, nisi cū difficultate & eā difficultatis dicta ē prius, qa nō mō ignoramus quid ē ignorato quia ē, immo nō possumus scire quia est nisi sciamus quid ē, quia ignorato qd est, ignoramus q̄a ē, & solū p accidens posset sciri. Quare intelligendum est post scientiam nominis sequi sciētiam quid rei, nō tñ sine scientia existētiæ illius rei. Sed post sciām quid nominis, habebimus simul qđ rei, et qa ē p artem superius assignatam, Diximus. n. quia est quā

Philopo.

Expositio Philopo.

Alia expō

do habetur nō p definitionem, nō sciri nisi per accidēs.

*At. n. oratio ē una dupliciter. Alia nāq; coniūctione est una ut Ilias. Alia quia unū de uno declarat nō p accidēs. Vna igitur hæc ē diffinitio diffinitionis quam diximus. Alia autē est diffinitio oratio quæ declarat ,pp̄ter quid est. Quare prior significat quidē, sed nō ostendit, posteriore autem patet quasi demonstrationē esse ipsius quid, est positione differentem a demōstratione.*

Tex. 10. *Ratio autē una dupliciter est: hæc quidē cōiūctionē: ut Ilias: Alia uero unum de uno ostendens nō p accidēs: Vnus quidē igitur terminus termini est: qui dictus est. Alius uero terminus est rō demōstrās pp quid est: quare prior significat quid est: demōstrat aūt minime. Posterior uero: manifestū est quoniam erit ut demonstratio ipsius quid est positione differēs a demōstratione.*

Com. 69. Dictū est definitionē eē rōnē, siue orationē, ipsius qd est, ,pp̄terea ex his, q̄ orationi accidunt vt Philoponus inquit. Ponit accidētia definitionis. Et inquit. ❡ Rō autem vna dupliciter est, hæc quidē cōiunctione vna est, vt Ilias. Tota. n. historia de bello Troiano est vna oratio cōiūctione vnius dictionis, quæ est hæc Ilias. Significat̄. n. tota oratio de bello Troiano vno nomine videlicet Ilias. Pōt etiam oratio esse vna cōiunctione idest copulatione, vt copulatiua ,ppō. Socrates est Philosophus & Socrates est Musicus, vel disiūctione, vt omne Ens est agēs vel patiēs. Sic igitur oratio est vna primo modo, q̄ cōiūctione est vna, siue illa cōiūctio sit dictio, siue nota, Alia vero dicitur vna, quia declarat vnū prędicatum & non per accidens de vno subiecto, eo φ est assecutiua vnius naturæ. Dixit nō per accidens, quia si p accidēs prædicaretur prædicatum de subiecto, cum accidens sit aliud quid ab ipso subiecto, Talis definitio non diceē vna oratio sic igitur dupli oīo dicitur vna, aut cōiunctione, aut assentia & vnitate prædicati, quare cū definitio sit oratio, etiam definitio dicetur vna dupliciter, cōiunctione, & sic definitio nominalis est vna, aut vnitate prædicati, & sic definitio quid rei est vna. Patet ergo (vt recte Philoponus inquit) ex accidentibus orationis, quę est genus definitionis, colligi accidētia definitionis, q̄ est illius species. Ex his colligit definitiones definitionū, & primo definitionis dicentis quid, est. n. definitio dicens quid, Oratio vna vnum de vno declarās nō per accidēs, & hoc inquit. Vnus quidē igitur terminus & definitio termini idest definitionis est, q dictus est. Dictū est. n definitionē dicentem quid esse orationē vnā Vnū prædicatū de vno subiecto p se declarantē. Deinde ponit definitionem definitionis causalis, q̄ dicit ,pp̄ter quid & inquit. Alius vero terminus est Oratio demōstrans ,pp̄ter quid, hæc est definitio definitionis dicētis ,pp̄ter quid, tacuit autē definitionē definitionis nominalis, quia superius eā posuit. Ex his (vt mihi videtur) Colligit differentiam inter definitionem dicentē quid, & definitionē dicētem pp quid. & inquit. Quare prior quidē definitio, quæ dicit quid, significat quidē ipsum quid rei sup. demonstrat vero minime, cū potius sit vt Cōclusio, & nō vt demonstratio, Vt dicemus postea. Posterior vero. s. quæ dicit propter quid, manifestū est quoniā erit quasi demōstratio ipsius quid: est, idest ipsius definitionis dicentis quid pōne differens a demōstratione, hæc est differētia. Ex hoc apparet Error eorū, q̄ dixerūt Arist. posuisse differētiā inter nominalē definitionē, & definitionem dicentē pp quid. Hoc enim falsum est, & superfluum, quia superius posuit.

Error aliquorum.

❡ Interest

*Intereſt enim cũ propter quid tonitat,atq; quid eſt tonitruũ dicitur.Quippe cum ad primum hæc accommodetur redditio, quia in nubibus ignis extinguitur.Ad ſecundum hæc competat, ſonus cum extinguitur in nubibus ignis.Quare eadẽ ratio diuer ſo dicitur modo. Et illo quidem modo continua eſt demõſtratio, hoc autem eſt diffinitio.*

*Differt enim dicere propter quid tonat,& quid eſt tonitruũ. Dicet enim ſic quidem propter id,quod extinguitur ignis in nubibus.Quid tonitruum eſt.Sonus extincti ignis in nubibus. Quare eadem oratio alio modo dicitur, & ſic quidem demonſtratio continua ſic autem definitio.*

Com.70. Dixit cauſalem,definitionẽ quã propter qd vocat,a demr̃atione nõ differre niſi poſitione. Nũc illud declarat,& ſumit pro demr̃atione hanc,videlicet.Quia extinguitur ignis in nubibus,ꝓ definitione vero pp qd, ſumit ſonus extincti ignis in nubibus, ꝙ illa demr̃atio patet quia ſi quæratur ꝓpter qd Tonat, ipſæ demonſtrans.Dicet,qa extinguit̃ ignis in nubibus.Quod vero alia ſit definito, etiã cõſtat,qa ſi quęrat̃ quid ſit tonitruum.Dicet definiẽs.Sonus extincti ignis in nubibus. Quare prima eſt demr̃atio,cum aſſignet̃ pro cauſa q̃ſiti pp qd.Secunda definitio,cũ aſſignetur r̃nſio ad quęſitũ qd eſt,vnde inqt.℄ Dixi definitionẽ propter quid non differre a demr̃one,quia differt dicere in q̃one ꝓpter quid tonat,& quid eſt tonitruũ,nam ad primã q̃onem dicet demonſtrans ſic quidẽ,propter id quod extinguitur ignis in nubibus,& ſic totum hoc quia extinguitur ignis in nubibus,pro demr̃one ſumitur,quia aſſignatur pro cã in q̃ſito propter quid.tonitruũ eſt ſi fiat q̃o dicet definiens. Sonus extincti ignis in nubibus,& ſic hoc totũ.Sonus extincti ignis in nubibus eſt definitio propter qd,qa aſſignatur pro r̃nſione ad q̃ſitum qd eſt.Modo hæc duo.ſ.& illud quod aſſignatur pro cauſa in q̃ſito pp quid,& quod aſſignat̃ pro r̃nſione in quęſito qd ẽ eadẽ ſunt,& in paucis differunt,ideo cõcludit. Quare eadẽ oratio alio modo dr̃ atq; alio, licet re & ſubiecto eadem ſit,& ſic quidem(vt aſſignat̃ pro cauſa in quæſito pp quid)eſt continua demr̃o,ſic aũt.ſ.vt aſſignatur r̃nſio in quęſito qd eſt,eſt definitio ℄ Sed dices

Obiectio. non vr̃ eadem oratio eſſe. Vtraq; illarũ, quia prima q̃ aſſignatur pro cauſa,non ſumit ſonum,per quẽ datur intelligi definitio dicens qd. Vt.n.dicemus,Tonitrui definitio dicens quid, q̃; Philop.vbiq; materialẽ appellat, eſt hęc.Sonus in nubibus,mõ illud:quod aſſignatur ꝓ cauſa in q̃ſito pp quid,nõ ſumi hanc partẽ,q̃ eſt loco definitionis materialis,ſiue dicentis quid,illud vero quod aſſignatur pro definitione in quęſito qd eſt,ſumit illam partem,nã definiẽs r̃ndet,eſt ſonus extincti ignis in nubibus:ergo hæc oratio nõ videtur eadẽ,imo differt re, cũ in vna aliqd ſumat̃,quod non ſumitur in altera: aggregat.n.ſecunda vtranq; definitionem & dicentẽ qd ſiue materialẽ,& dicentẽ pp quid ſiue formalem, quas prima oratio non comprehendit,vt intelligenti patet.

Solutio. ℄ Et dicendum(vt innuit Philop.)demr̃atorẽ prætermiſiſſe materialem cãm tonitrui.ſ.ſonum,vt facturus ipſam cõcl̃onẽ,ſumpſit aũt formalẽ vt vtilẽ ſibi ad demr̃ationẽ,& ſic ſi recte intellexi,vult materialẽ eſſe ſubintelligendã,hoc pacto,propter quid tonat. Demr̃ator r̃ndet,quia extinguitur ignis in nubibus tonat. Modo tota hęc,quia extinguitur ignis in nubibus. Tonat,eſt aſſignata pro demr̃atione,pro cauſa vero quæſiti.Illa ſolum,qa extinguitur ignis in nubibus.Pretermiſit ergo, quia aſſignauit cauſam,ex qua ſequitur illud qd prætermiſit.Debet aũt ſubintelligi, cũ aſſignet̃ illa oratio ꝓ demr̃atione.Nam tunc in tali oratione habent̃ tres termini maior,q̃ eſt paſſio,videlicet tonat. Minor ſubiectũ,videlicet nubes,& cã:videlicet extinguitur ignis in nubibus,& ita habetur tota demr̃atio,Ariſ.vero partem illã,quia(vt dicit Philoponus)definitio habens in ſeipſa cauſam exiſtentię rei,modo quodã oſtendit rem illã,quare oratio,quã pro cauſa aſſignauit,vr̃ quodammodo tota demr̃atio.℄ Sed dices dato ꝙ debeat ſubintelligi in oratione illa quæ aſſignatur pro demr̃atione,materialis definitio,q̃uo differt poſitione ab eadem oratione quæ aſſignatur pro definitione. ℄ Præterea. Vtrũ ſit alia dr̃ia,ẽt dubitatur. ℄ Reſpondet Philo. ad primam,eas poſitione differre, inquantũ definiens quidẽ in ſecunda,quam pro definitione aſſignat, incipit a materiali cauſa cũ dicit eſt ſonus:& deſcendit in formalem cauſam,cũ inqt extincti ignis.Demonſtrans vero in prima,q̃ pro demonſtratione aſſignauit.Primo ſumit formalẽ cauſam tanq̃ mediũ terminum cum dicit: qa extinguitur ignis.Deinde ſic concludit materialem, cũ ſubintelligit.Tonat:& ſic differunt põne ſiue ordine terminorum ℄ Vel aliter(vt Philoponus etiã innuit) differunt põne,qa in oratione,q̃ pro cauſa aſſignat demõſtrans ſeparauit formalẽ cauſam a materiali, qa accepit expreſſe formalẽ,prætermittens materialẽ, volẽs illã eſſe ſubinferendã,definiens vero in oratione, q̃ pro definitione aſſignat, ſimul formalẽ & materialẽ quaſi pro vno termino ſumpſit.℄ Ad ſecundam vero dicendũ eſt,ꝙ non ſolũ oratio illa eſt alia vt aſſignat ꝓ cauſa,& vt aſſignatur pro definitione pp põnẽ terminorum,ſed pp dr̃iam modi,quo accipiuntur termini,nã ea oratio ut aſſignat̃ pro definitione:termini ſumunt̃ in abſtracto. Vt vero aſſignatur pro cauſa & demr̃one,termini aſſignantur in concreto.Quã differentiam Ariſt. non expreſſit,qa quaſi per ſe patet.℄ Sed dices nonne accidens,& in abſtracto & in concreto ſumi põt, ergo vtroq; modo definiri ℄ Propter hanc cauſam fortaſſe Ariſt.tacuit.hanc differentiam in tali oratione, cũ vtroq; modo illa paſſio q̃ tonitruũ eſt,accipi & definiri poſſit,& ſolum accepit differentiam penes põnem. Siquis n.dicere tonare eſt ſonare ignis extincti in nubibus:nõ male diceret.℄ Vel fortaſſe dici poteſt, accidentia nõ poſſe definiri proprie.niſi vt ſumuntur in abſtracto:qa definitio nõ eſt niſi ſubſtantiæ,vel eius quod habet modum ſubſtantiæ,modo accidens in cõcreto nec eſt ſubſtantia,nec ſe habens per modũ ſubſtantiæ. Propterea proprie in abſtracto definitur,vt vero demr̃atur, accipitur in concreto,qa non demonſtratur:niſi,vt prędicatum de ſubiecto,de quo proprie in concreto prędicat̃. ℄ Animaduerte Ariſ.Orationem,q̃ demonſtrans aſſignat pro demõſtratione:ſiue pro cauſa,appellare cõtinuam demr̃ationẽ,quod cur ſic appellarit, non cõſtat. ℄ Alexander eã orationẽ continuã dicit inquantũ non habet diuiſas propõnes aut ſeparatas a cõcl̃one, ſed vt in vna quadã contexione enunciatas.Quã expoſitionẽ Thomas noſter ſeqtur ℄ Philoponus vero dicit eã orationẽ eſſe continuam demonſtrationẽ,qa eſt in prima figura:cum nec mediũ ſupponat̃ extremis: nec extraponitur.℄ Ego vero his non aduerſando, dicerem

Marginal notes (right): Dubĩ.1. — Secunda. — R̃ſ. Philo. Ad primã — Alia R̃ſ. — Ad ſecundam. — Obiectio. — Solutio. — Alia ſolu. — Cur Ariſt. eã orationẽ q̃ a demonſtrãte ꝓ demr̃one aſſignat cõtinuam demr̃onẽ appellauerit. — Alexãd.& San.Tho. — Philopo. — Propria expoſitio.

Arist.totam illam oratione͂(q͂a extinguitur ignis in nubibus)Tonat,appellare continua͂ demr͂onem, quia propo͂nes sunt coniunctę per notam causalem q͂a cuius oppositum est in demonstratione explicita,nam in ea propositiones abiunctæ sumuntur per nullam notam coniunctæ:nisi solo medio termino.

*Præterea est tonitrui diffinitio sonus in nubibus,atq; hoc est demonstrationis ipsius quid est positio. Est igitur diffinitio una quidem oratio ipsius quid est conclusio. Eorum autem diffinitio quæ medijs uacant indemonstrabilis est ipsius quid est positio.*

*Amplius est terminus tonitrui sonus in nubibus,hoc auté est ipsius quid est demonstrationis conclusio. Immediatoru͂ uero terminus positio est ipsius quid est indemonstrabilis.*

Com.75. Locutus est de definitione nominali, & de definitione causali dice͂te pp qd,at nunc de alijs duabus definitionibus inquit. ¶ Amplius.vltra has definitio͂es , quas dixit est alius tonitrui terminus dicens qd,quę eius materialis definitio dr͂:vt placet Philopono,q͂a datur per genus & p subiectum,in quibus vt in materia fit tonitruu͂,& est sonus in nubibus.Deinde innue͂s differentia͂ huius ad definitione͂ dicente͂ pp quid,inquit . Hæc aute͂ est ipsius quid est,hoc est dicentis qd & conclo͂ demr͂onis. In demonstratione.n.concludit͂ sonare siue sonare nubes,quia patiuntur in ipsis ignis extinctione͂:Deinde ponit alia͂ definitionem,q͂ nec est demr͂atio,nec conclo͂ demonstrationis,sed positio in scie͂tia,quasi illius dignitas,vt in geometria ipsius puncti. Punctus e͂ cuius pars non est,& in Arithmetica vnitas est principiu͂ primum numeri. Et inquit. Immediatoru͂ vero terminus atq; definitio po͂ est ipsius quid est , quid est indemr͂abile. Dn͂r aũt hæc immediata punctus in geometria,& vnitas in arithmetica,quia in talibus sunt primam nihil habentia prius in quo resoluunt͂ in talibus scientijs(vt diximus) definitiones ergo talium dicuntur dignitates particularium scientiarum,quia supponuntur,vt positiones.

*Est igitur diffinitio una quidem oratio ipsius quid est indemonstrabilis. Alia uero ratiocinatio ipsius quid est a demonstratione differens casu . Et tertia demonstrationis ipsius quid est conclusio.*

*Est ergo terminus unus quidem ratio ipsius , quid est indemonstrabilis. Vnus uero syllogismus ipsius quid est casu differens a demonstratione. Tertius uero ipsius quid est demonstrationis conclusio.*

Com.72. His declaratis. Nunc colligit oe͂s definitiones rei. Dico rei,q͂a noiale͂ no͂ enumerat fortasse suppo͂nes illa͂ enumeratam:& inquit. ¶ Est ergo terminus vnus quidem ratio eius quid est expositiua,qd͂ demonstrari nequit: q͂ positionem appellauit in scientijs. Vnus vero terminus & secundus est definitio propter quid syllogismus ipsius quid est casu differens a demo͂stratione,casu quidem quia penes concretu͂ & abstractu͂(vt dictu͂ est)& non mo͂ casu,sed po͂ne,vt dictu͂ est. Tertius vero terminus est ipsius quid est,& materialis definitio demo͂strationis conclusio. ¶ Sed vident͂ quinq; definitiones (vt Dubitatio. Themistius innuit) Prima nominalis. Secunda dicens quid & materialis tantum. Tertia causalis ta͂tum. Et dicens propter qd. Quarta vtranq; complectens.s.& q͂d & propter quid. Quinta deniq; positio in scie͂tijs. ¶ Et Solutio. dicendu͂ sine dubio esse quinq; si enumere͂tur distincte. Sed quia causalem & quid complectentem Aris.simul enumerauit . Ideo quatuor esse videntur , vna scilicet comprehendente duas.

*Patet igitur ex hisce quæ diximus,quo pacto est , quo pacto no͂ est ipsius quid est demo͂stratio. Et quoru͂ est & quorum non est,quotq; modis præterea dicitur diffinitio , quoq; pacto ipsum quid est ostenditur. Et quo pacto etia͂ non ostenditur. Atq; quorum est & quoru͂ non est. Insuper quomodo sese habet ad demonstrationem,quo na͂q; modo fieri potest,& quomodo fieri nequit, ut eiusdem sit diffinitio demonstratione.*

*Manifestu͂ igitur ex dictis est & qualiter est ipsius quid est demonstratio,& quomodo non est. Et quoru͂ est, & quorum non est. Amplius autem definitio & quot modis dicitur, & qualiter quid est demonstrat, & quomodo non demonstrat . Et quorum est,& quoru͂ non est. Adhuc autem & ad demonstratione͂ quomodo se habet,& quomodo contingit eiusdem esse, & quomodo non contingit eiusdem esse , & quomodo non contingit.* Tex.11.

Com.73. Epilogat oi͂a,quæ dixit,& inquit. ¶ Manifestum est igitur ex dictis,& qualiter est ipsius quid est demo͂stratio,q͂a simul.s.inuestigatur cum demonstratione,& quomodo non est,quia vt conclusio & prædicatum no͂ demonstratur. Præterea ex dictis etiam patet & quorum .i.quarum definitionum proprium est inuestigari cum demonstratione,quia illarum rerum definitionu͂ proprium est inuestigari cum demo͂stratione,quæ alijs inexistunt,vt definitionum eclypsis. Tonitrui & talıu͂. Et quarum definitionum non est propriu͂ cum demr͂one inuestigari:quia definitionum immediatoru͂ . Amplius ex dictis patet quot modis definitio dicit͂,quia duplex: nominalis,& rei declaratiua,quę vlterius quot modis subdiuisa sit , e͂t patet. Insuper ex dictis patet. quomodo quid est atq; definitio demonstrat,hoc est q͂uo definitio est vtilis ad demr͂one͂,nam formalis definitio dicens propter quid est vtilis vt medius terminus,& quomodo non est vtilis,quia formalis definitio non est vtilis,vt fiat conclusio demonstrationis. Rursus ex dictis patet quorum est definitio,quia incomplexoru͂,& quorum non est,quia non est complexoru͂. Adhuc patet ex dictis q͂uo definitio se habet ad demr͂onem, nam dictu͂ est,q͂ est demonstratio po͂ne differe͂s. Demum patet ex dictis q͂uo contingit eiusdem esse definitionem & demonstratione͂,quia s͂m aliam atq; alia͂ rationem,na͂ alicuius est definitio inquantu͂ definibilis;& eiusde͂ est demonstratio,inquantu͂ demr͂abilis,& q͂uo no͂ contingit, quia eiusdem eode͂ respectu non est definitio & demo͂stratio. ¶ Sed circa hæc dubitaret quispia͂, quia Philo. Dubi͂. dicit duas definitiones dicente͂ quid,& materiale͂,& dicente͂ pp quid,& formale͂,definitio data per agens & p finem q͂ definitiones sunt, Vtrum formales an materiales. ¶ Robertus Linconiensis cognome͂to Grossatesta Que Lin. tradit definitione͂ oe͂m esse aut formale͂ , aut materiale͂, & dicit ea͂:q͂ dicit finale͂ causam,esse formale͂ , quia finis operatio est ab ipsa forma aggrediens. Ema vero, quę dicit agentem causam,asserit esse materialem,q͂a agens potius in materia͂ reducit͂ q͂a vtraq; causa vnde motus principiu͂ est. ¶ Sed hoc non placet,quia licet forma fi- Refutatio. nis & efficiens(vt 2.lib.physi. dicitur)multoties conci- Te.co͂.70. da͂t i ide͂ nunq͂ t͂n agens venit in specie͂ materiæ. ¶ Alij Alia solutio. vero dixerunt agente͂ causam,& fine͂ reduci in forma͂, & ita definitiones illæ formales dici possunt. ¶ Sed ea Refutatio. de͂ ratione definitio dicens materiam dicetur formalis, quia materia reducitur ad agente͂ causam(vt 2.lib.phy Te.co͂.16. si.dicitur). ¶ Ego vero in verbis Aristo.non legi quæ

sit for-

Propria formalis diffinitio. fit formalis definitio, & quæ fit materialis. Sed dicit aliquã esse dicentẽ quid. Aliquam vero causalem dicentẽ propter quid. Propterea saluo meliori iudicio, dicerem omnem definitionẽ dicentem causam quamuis esse formalem, modo sit quietans, & faciens propositiones immediatas. Vnde siue detur per materiam, siue per formam, siue per quamuis causam, siue simul, siue seorsum modo faciat propositiones demonstrationis immediatas formalis dicetur definitio. Vnde causalis definitio, & formalis, & dicens pp quid idem est. Cur vero omnis talis, quę dicit causam dicatur formalis. Arbitror esse quia forma dicitur omne declarãs, & alio notius. De finitio vero dicens quid (vt genus & subiectũ) verbi cã sonus in nubibus, dicitur materialis, quia oẽ declaratũ & ignotum põt materia dici respectu declarantis & respectu notioris. Præterea genus & subiectum alicuius passionis semp sunt materię, in quibus passio illa fit. Fateor tñ Aris. in hac definitionum numero nec materialis definitionis, nec formalis meminisse. Melius autẽ res hæc patebit per ea quæ Aristo. dicet postea.

Quare oĩs definitiõis quæ dicit cãm dicat formalis & quæ dicit quid materialis.

*Cum aũt tum arbitremur scire cũ cognoscimus causam. quatuor uero causæ sunt. una quidem quidditas alia aũt quæ cũ sint hoc esse necesse est, et tertia quæ promũ mouit, et quarta gratia cuius cætera fiũt oẽs hæ per demõstrationis mediũ ostẽduntur.*

*Quoniã autem scire opinamur, cũ scimus causam. Causæ autem quatuor sunt. Vna quidẽ quod quid erat esse. Vna uero cũ hæc sint, necesse est hoc esse. Alia aũt, quæ aliquid primo mouit. Quarta uero, cuius gratia, omnes hæ per medium ostẽduntur.*

Com. 74. At nunc, q medii demõnis sit causa, vult declarare, quo sit (vt recte illud Themistij dictum sit) medium causam, & definitionẽ idẽ esse. Accipit itaq; primo omnes causas per medium ostẽdi, & intelligit non q illę per mediũ ostendantur, vt prædicata vel conclusiones. Sed q vnaquaq; ipsarum ostendatur per mediũ Phil. inquit.) Quia locum medij complet. Vel ostenduntur per mediũ. vt cointellectę in demonstratione, nõ vt intellectę per demonstrationem. Vnaqueq; enim causa ostenditur per medium quia nobis innotescit eius ratio in demonstratione per rationẽ medij inquit. ¶ Quõ autem scire opinamur cum scimus causam rei existentię. Et causę ipsę quatuor sunt. Forma quę dicitur quod quid erat esse. Materia, quę est de numero illarum causarum, quę cũ sint necesse est hoc esse, & loquitur in plurali, propter effectus artificiales, qui nõ materia constãt, sed pluribus. Vel loquitur respectu proximarum materierum, ex quibus cõstãt effectus naturales, nã licet in prima materia vna oium sit, eiusdẽ effectus plures sunt materię proximę. Mõ materia cõi posita non necessario effectus est, sed pximis materijs acceptis, & dixit significãter q cũ sint necesse est hoc est, qa res rõne materiæ est necessaria necessitate simpliciter, necessitas cęterarũ causarũ est ex conditione (vt 2. physi. dicitur) Tertia cã efficiens est, quæ est aliquod mouens, vel quæ aliquid primo mouet, & dixit primo, fortasse ad differentiã instrumentaliũ causarum. Vel dixit primo (vt Philopo. innuit) pp causas agentes secundarias. Quarta est finalis causa quæ est cuius gratia cætera fiunt. Ideo concludit omnes has per medium demonstrationis ostendit, quia sub ratione medij in demonstratione indicantur, propter quod verbum per, sonat potius similitudinẽ, & accipitur pro ipso vt, quasi sit sensus omnes has no-

bis patere in demonstratione vt medium.


*Nã id quod cum sit necesse est hoc esse, nõ est una propositione sumpta, sed saltem duabus. Hoc autem est cũ unum mediũ habent. Hoc igitur uno sumpto necesse est conclusionem esse.*

*Etenim id, quo existente, hoc necesse est esse. Vna quidẽ propositione accepta non est, duabus autem ad minimum. Hoc autẽ est, cum unum medium habeant. Hoc igitur uno accepto, conclusionem necesse est esse.*

Quia Arist. in proximo textu de materiali causa ita dixit. Vna vero, quæ cũ sint necesse est hoc esse. Ideo nunc exponit quõ hęc verba intelligẽda sunt. Põt. n. intelligi ex materia aliquid sequi. Vel vna propositione assumpta, vel duabus, ĩõ inquit ¶ Etenim id, quo existẽte, necesse est hoc esse, vna quidẽ propositione accepta, nõ est, quia ex vna propõne syllogistice nihil sequitur, sed necesse est hoc, acceptis duabus ppositionibus ad minus. Hoc autem est, hoc est dico aũt in duabus propositionibus cũ propositiones habeãt vnum medium, in quo communicant, nã hoc vno medio sic in duabus propositionibus assumpto necesse est conclonẽ esse, sed si in vna propositione assumeretur, nõ esset cõclusio necessario sequens. Similiter si duę propositiones assumerentur non in vno medio communicantes, nihil sequitur. Et (vt recte expositor inquit). Hæc expositio in oĩbus causis intelligitur, nõ enim ex causa in vna propositione assumpta necessario conclusio sequitur sed cum causa assumitur in duabus propositionibus. Com. 75. San. Tho.

*Patet autem & hoc pacto. Cur rectus bis angulus est. qui in semicirculo designatur, quid cum sit rectus est ille: Sit itaq; rectus a. Dimidium duorum rectorum b. angulus deniq; qui est in semicirculo designatus c. Vt igitur a. id est rectus competat ipsi c. id est angulo qui est in semicirculo designatus. causa est ipsum b. Nam duorum quidem rectorum dimidium æquale est ipsi a. Ipsum autẽ c. æquale est ipsi b. Angulus enim in semicirculo dignatus duorum rectorum dimidiũ est. Cum igitur b. duorum rectorum dimidium sit a. cõpetit ipsi c. quod quidem est rectum cum angulum esse qui est in semicirculo designatus.*

*Manifestum autem & sic, propter quid rectus est, qui in semicirculo est, quo existente rectus est. Sit igitur rectus in quo a. medium duorum rectorum, in quo b. qui est in semicirculo, in quo c. Eius igitur, quod est a. rectum inesse c. quæ est in semicirculo. Causa est b. Hic quidem enim ipsi a. æqualis est c. autem ipsi b. duorum enim rectorum medium est b. igitur existente medio duorum rectorum a. inest ipsi c. hoc autem in semicirculo rectum esse.*



Com.76. Exemplificat de his,quæ dixerat,& ostẽdit per exẽpla,quõ per vnumquodq; genus causæ cõtingit demõstrationẽ fieri,& primo in genere causæ materialis ponit excẽpıum,& quidem in mathematicis,supponit.n.angulum qui est in concauo semicirculi,esse dimidiũ duorum rectorum,quod ex.3.lib.Euclidis demonstrari potest,& nunc supponatur,non enim exẽplorum quærimus veritatem. Supponit secundo dimidium duorum rectorum esse rectum,quod illico patet,sicut dimidium duorum palmorum est palmus,& duorũ digitorũ digitus. Tunc disponit terminos,& inquit. ℂ Manifestũ est autem & sic.s.per exempla,qđ diximus,dixit enim per vnumquodq; genus causæ fieri posse demonstrationẽ. Ideo ostendit per exempla. Et primo in genere causæ materialis in mathematicis,& inquit. Propter quid rectus est is angulus,qui in semicirculo est. Vel sup.tu,qđ est illud,quo existente rectus est is angulus, qui in semicirculo est. Respondet per causam materialẽ,& disponit terminos,& inquit. Sit igitur rectus in quo a.hoc.n. quæritur(vt maior extremitas de angulo)qui est in semicirculo. Mediorum duorum rectorum in quo b. Angulus vero qui est in semicirculo sit in quo c. Terminis sic dispositis. Eius igitur quod est a rectum inesse ipsi c. qui est in semicirculo angulus,causa est b.cuius rationẽ affert,& inquit. Hic quidem enim ipsi a.æqualis est,cõuertitur enim b.cum ipso a.nam omne dimidium duorum rectorum est rectum,& omne rectum est dimidiũ duorum rectorũ c.autẽ ipsi b.æqualis est, cõuertuntur enim similiter,est enim c.duorum rectorum dimidium, & econtra. Terminis sic dispositis,inquit b.igitur existente medio duorũ rectorum a.inest ipsi c.hoc autem erat maior quęsita.s.angulũ in semicirculo rectum esse. Quare demõstratio paret,omne enim dimidiũ duorũ rectorũ est rectũ. Et qui est in semicirculo angulus:est dimidiũ duorum rectorũ,ergo est rectus. ℂ Sed dices
Dubitatio quõ hęc demonstratio est per materiam. ℂ Patet solu-
Solutio tio,quia dimidium duorũ rectorũ est materia anguli recti,constat.n.rectus est duobus angulis rectis,ergo dimidium duorũ rectorũ est pars recti, qđ demonstratur de angulo,quia est in semicirculo,et cum pars sit totius materia iure hæc demonstratio erit per materiam.


*Quidditas autem est idem quod hoc,& eo sane quia hoc significat ipsa ratio. At uero quidditatem etiã causam esse mediam antea demonstrauimus.*

*Hoc autem idẽ est ipsi quod quid erat esse,quod est significare ipsam rationem. At uero & ipsius quod est,quod quid erat esse,causa demonstratur media.*

Com.77. Sed dices mediũ causa,& definitio maioris extremi idẽ est,modo dimidiũ duorum rectorum non est quod quid erat esse recti,qđ demonstratur. Ergo hæc demõstratio nõ est per causam aliquam. Rñdet dimidiũ duorum rectorũ esse quod quid erat esse maioris extremi .s.recti:non quidem(vt Philoponus inquit). Substandice atq; quidditatiue,sed significatiue,non enim dimidium duorũ rectorũ est substantia recti, sed significatũ recti,& sic demonstratio bona est, qm̃ mediũ est causa materialis,& definitio qđ significans ipsius recti,& mediũ,inquit. ℂ Hoc autem.s.quod ęquale est ipsi.a.& ipsi c.s.dimidium duorũ rectorum,idẽ est ipsi quod quid erat esse,non quidẽ ipsi qđ quid erat esse,quod est substantia recti,nã tale qđ quid erat esse assignatur per causam formalem,sed ipsi quod quid erat esse,quod est rationẽ significare.i.ipsi quod quid erat esse quod est idẽ rationi significanti,cum sit causa materialis recti,quę nõ põt esse quod quid erat esse substantiale. Modo ipsius quod quid erat esse quod est idem rationi significanti. causa demonstratur mediũ,hoc est accipitur in demonstratione vt causa media ℂ Vel aliter exponi põt,quia
Alia expõ. Tex.cõ.5. dictum est in tertio Metaphysice, demrões mathematicas nõ fieri per materiam,sed solũ per formalem causam. Respondet Talem causam materialem concidere cum causa formali,quæ est quod quid erat esse. Secus in Physicis. Vbi causa materialis nunq̃ concidit cũ formali. Causa vero quare in mathematicis causa materialis cõcidit cũ formali est,quia non demonstrat mathematicus p causam formalẽ,quę est altera pars compositi & pficiens materiã,vt facit physicus. Sed per causam formalẽ,quę declarat rem,modo materialis causa cũ declaret rem,etiã formalis dici põt,& hoc inquit. ℂ Hoc autẽ.s.medium qđ diximus esse causam materialem recti,idem est ipsi qđ quid erat esse.i.formę significanti,rationem.i.declaranti rem,& non perficienti materiam. Modo & ipsius quod est quod quid erat esse,id est forma declarans rem demonstratur,id est accipitur in demõstratione,vt causa media,& hæc expositio mihi placet. ℂ Potest & tertio exponi. Vt expositor inquit. Et Lectiones
non ab ratione. Vt legenti quæ ille dicit,patet. xi.secundi huius.

*Idem fit cum quæritur propter quid aduersus athenienses persicum bellum exarsit.quæ causa fuit,ut athenienses bello uexentur,quia contra sardes ipsi cũ eretriensibus irruerunt. Hoc.n. primum mouit.sit itaq; bellum a.priores irruisse b.athenienses c.b.igitur priores inquam irruisse ipsi c.id est athenienses inest a.quoq; b.ipsi competit. Medij nãq; lacessiti bellum aduersos eos agunt qui priores iniuriã intulerunt a.igitur id est bellũ, uexariq; bello b.ipsi inest,id est hisce qui priores bellum gessere b.uero ipsi c.id est atheniensibus inest. Hi nanq; tractare bellum cedere medosq; lacessiuere. Medium igitur & hoc in loco causa est, atq; ea quæ primum mouit.*

*Idem autem,propter quid Medorum bellũ factũ sit Atheniensibus,quæ causa fuit præliari Athenienses,quoniã in Sardes cũ* Pręliari vt vexarẽtur bello.
*Eretriensibus commiserunt. Hoc enim mouet primũ. Sit bellum in quo a.prius cõmisisse b.Atheniensibus c.Inest igitur b.ipsi c. prius enim commisisse Atheniensibus a.autem ipsi b.Debellari enim prius inest iniustis,inest itaq; ipsi b.a.Debellari prius incipientibus.Ipsum uero b.ipsi siue Atheniensibus. Priores enim inceperunt Medium itaq; hic causa est primum mouens.* Cõmisere. Irruerunt. Cõmisisse Irruisse.






Hoc exemplũ est de demonstratione, cuius mediũ est causa effectrix,siue primum mouens. Sit igit hæc cõ Com.78.
clusio. Athenienses vexantur bello. Mediũ vero,quod est mouens causa,est.quia ipsi prius cũ Eretriensibus in Sardes irruerunt. ℂ Quo vero ad verba attinet. Medi Verborũ
sunt populi Asiæ Vicini vero Parthis,Assyrijs,Persis, expositio
& Ma-

& Mari Hyrcano,qui olim Regi Persarũ tributa impẽdebant. Athenienses qui sint,clarum est. Eretrienses vero Euboię insulæ populi sunt. Sardes vero ciuitas in Lidia est,olim regia Crœsi. Exẽplũ aũt significat Sardes: & Medos confęderatos fuisse ex vna. Athenienses vero eum Eretriensibus ex alia inquit. ¶ Idẽ aũt supp.sit, cũ quęritur,pp quid Medorũ bellũ factũ sit Atheniensibus,hoc est propter qd priscũ bellum aduersus Athenienses exarsit & exponit propter quid & causam idẽ esse,cũ inquit. Quę causa fuit præliari Athenienses.i.q causa fuit,vt Athenienses vexarentur bello. Causam autem assignans,inquit. Q m̃ in Sardes cum Eretriensibus commiserunt id est prius irruerunt. Et ait hoc causam esse,qa mouit primũ Medos,vt bello Athenienses vexarent. Prius ergo irruisse fuit causa mouens. His declaratis:constituit terminos:& inquit. Sit bellũ in quo a. prius commisisse in quo b. Atheniensibus sit c. Tunc patet ipsum b. ipsi c. inesse,hoc est prius commisisse inest Athaniensibus. Athenienses enim cũ Eretriensibus prius in Sardes irruerunt. Ipsum autem a. ipsi b. inest. Vexari enim bello inest prius iniustis id est committẽtibus iniuriam,qui iniuste agunt. Quare ipsi b. quidem ipsum a. inest. Hoc est debellari inest prius incipientibus,vel prius committentibus iniuriam. Ipsum autem b. ipsi c. sine Atheniensibus,nam Atheniẽses priores inceperunt,ex hoc exemplo concludit medium esse causam,primo mouentem.

*Ea uero quorum causa est id quod alicuius est gratia, eundẽ subeunt modum,ceu propter quid deambulat,ut ualeat. Cur domus est,ut conseruetur suppellex. Nempe ualetudinis deambulatio,suppellectilis conseruande domus est gratia. Atq; inter hæc propter quid post cœnã ambulare oportet.& cuius oportet gratia,nihil interesse uidetur. Sit itaq; deambulatio post cœnam c. non notare cibum cum occupet locũ in quo est b. ualere sit a. Cõpetit igitur deambulationi post cœnam id efficere,cibum inquam sumptũ in ore uentris nõ supernatare,atq; idipsum sanitatẽ conseruet. Sic enim uidetur b. Igitur cibum inquam haud natare c. ipsi inest,idest deambulationi post cœnam. At a. ualitudinem inquam conseruare b. ipsi cõpetit. Quæ igitur est causa,ut a. gratia cuius cætera fiunt ipsi cõpetat c. nempe b. ipsum est, non supernatare inquã cibum. Atq; hoc est tanquã ipsius ratio,nam a. hoc assignabitur pacto. Cur autem b. cõpetit ipsi c. Quia sanum est id nimirum est sic inquã sese habere. Verum mutentur rationes oportet,magis enim hoc pacto singula elucescent.*

*Quorũcunq; uero causa est ipsum cuius gratia. Vt propter quid ambulat. Vt sanus fiat. Propter quid domus est. Vt seruentur uasa. Hoc quidem gratia huius, quod est sanari. Illud uero gratia huius,quod est seruari est propter quid autem oportet post cœnã ambulare. Et cuius gratia oportet. Differt nihil. Ambulare autẽ post cœnã sit c. Non eminere cibus in quo b. Sanari in quo a. Sit igitur ipsi post cœnam ambulare inexistens ipsum non eminere cibos iuxta os uentris. Et hoc esse sanum. Videtur enim ipsi ambulare,quod erat c. inesse b. quod erat non eminere cibos. Huic autem a quod erat sanum esse.*




*Quæ igitur causa est,ut ipsi c. insit a. quod est ipsum cuius gratia est b. Hæc autem(ut illius ratio est)a enim sic demonstrabitur propter quod autẽ b. ipsi c. inest,quoniã hoc est sanari, quod est sic se habere. Oportet autem commutare rationes & sic singula magis apparebunt.*




Nunc de finali causa exempla ponit,& inqt ¶ Quorumcunq; vero causa est ipsum cuius gratia,idest finis, idem est iudiciũ. Vt propter quid ambulat Socrates. Respondebitur. vt Sanus fiat. Vnde demonstratio sic cõponitur. Omne quod sanum fieri vult,ambulat. Socrates sanus fieri vult. Ergo Socrates ambulat,demonstratio est per mediũ: quod causa finalis. Aliud exemplum ponit & inquit. Propter quid domus facta est,vt seruentur Vasa. Ergo demonstratio erit. Seruans vasa factum. Domus seruans Vasa. Domus ergo facta. Hęc ergo demonstratio est,cuius medium causa finalis est. Et hoc inquit. Hoc qdem igitur huius gratia quod est sanari,vt ambulare Socratẽ. Illud vero gratia huius & qđ est seruari vasa,vt Vasa seruari finalis cã est domus factæ. Vlterius vult ponere aliud exemplũ. Et ideo ne sit de verbis contentio nomina exponit,& inquit. Propter quid autem oportet post cænam ambulare & cuius gratia oportet,differre nihil. Et ita pro eodem habẽdũ est propter quid,& eius gratia. Terminis expositis, ponit exemplum,& inquit. Ambulare autem post cænã sit c. nõ eminere cibos,sit in quo b. Sanari sit in quo a. Terminis dispositis,docet demonstrare,& inquit. Sit igitur ipsi post cęnam ambulare inexistens ipsum non eminere cibos iuxta os ventris,ita (vt propositio minor sit)ambulare post cęnam est cibos non eminere,& hoc scilicet b. sit esse sanum,& ita maior erit,non eminere cibos est sanum esse. Nam terminis & propositionibus ita constitutis,videtur ipsi ambulare, quod erat c. inesse b. quod erat non eminere cibos,huic autem scilicet ipsi b. inerat a. quod est sanum esse. Erit ergo demonstratio,ergo omne c. est a. quoniam omne ambulare post cęnam est sanum esse, Colligit deinde qualis nã hæc demonstratio sit,& inquit. ¶ Quę igitur causa est, vt ipsi c. insit a. ipsum,quod est cuius gratia. ¶ Respondet causam esse,quia est b. quare cibos non eminere cã Com. 76.

est ipsius a.idest ipsius sanum esse,hoc autem scilicet b. ipsius prædicati videlicet a.quod erat sanum esse non est definitio. Sed vt illius ratio,& ita quasi definitio. Et ita patet b.esse,causam ipsius a.non simpliciter,sed qua si rationem esse illius. Propter quid autē b.ipsi c.inest, quoniam est ipsum sanari,quod sic se habere est. Et ita a.& b.sunt inuicem causę,nam b.est causa ipsius a.vt efficiens a.vero ipsius b.vt finis. ℂ Sed dices,si ita est,exēplum non respondet proposito, propositum enim dare exemplum in demonstratione,cuius medium est finis, & dedit demonstrationem,cuius medium est effectrix causa. ℂ Respondet,& inquit. Oportet autem commutare rationes.s.vt conuertatur maior,nam maiore conuersa in terminis,sic singula magis apparebunt ad propositum,erit enim demōstratio,cuius medium erit causa finalis. Sic locum istum intellexit Philoponus, ſm alteram eius expositionem. ℂ Aliter etiam exponi potest,& fortasse melius,& magis ad verba. Dicemus.n. Arist.i.dare exempla in causa finali:cū inquit. ℂ Quorum vero causa est ipsius cuius gratia,idem est iudiciū in demonstrando,nam mediū etiam est propter quid, vt de alijs causis dictum est. Et ponit duo exempla in causa finali,cum inquit. Vt propter quid ambulat supple Socrates siue Plato,vt sanus fiat,sit ambulans a.sanum esse b.Socrates c.& patet demōstrationem esse p medium,quod est causa finalis. Secundum exemplum ponit(cū inquit). Propter quid domus est facta, vt seruentur vasa,factum sit a.Seruari vasa b.domus c. Tunc verificat exempla,& inquit. Hoc quidem.s.Socratem ambulare est gratia huius,quod est sanari. Et ita prima demonstratio est per causam finalem. Illud vero scilicet domum esse factam gratia huius est,quod est vasa seruari. Et ita demonstratio secunda etiam est per causam finalem. ℂ Sed dices medium in demonstrationibus talibus est cuius gratia,ergo nulla harū demonstrationum est propter quid. ℂ Respondet, propter quid autem oportet Socratem post cęnam ambulare,& cuius gratia oportet,differt nihil. Ergo prima demonstratio est propter qd. Similiter pp quid domus facta est,& cuius gratia facte est,differt nihil. Et ita secūda demonstratio(licet medium sit cuius gratia)erit propter quid. Hęc sunt exēpla causæ finalis. ℂ Quęres vlterius, vtrū vna causa possit per aliam demonstrari, & si sic. Vtrū causa demonstrans, sit definitio causę demonstratæ. ℂ Respondet causam finalē posse demonstrari de aliquo,per efficientem & hoc per exemplum & inquit. Ambulare autem post cænam sit c.non eminere cibos in quo b.sanari sit in quo a. Terminis sic constitutis,sit ipsi post cænam ambulare.s.ipsi c.inexistens ipsum, nō eminere cibos iuxta os stomachi,hoc est ipsum b.ita vt minor sit:hæc,ambulare post cęnam est non eminere cibos iuxta os ventris,& hoc.s.b.sit esse sanum,ita vt maior sit,non eminere cibos est sanum esse,& sequit cōclusio. Ergo ambulare post cęnā est sanū esse. Nā(vt ingt) videtur ipsi ambulare,quod erat c.inesse b.quod erat non eminere cibos. Huic autem.s.b.a.videtur inesse; quod erat sanum esse ergo cōclusio erit ambulare post cibum est sanum esse. Ex his concludit finalem causam de aliquo demonstrari posse per efficientem, & inquit. Quæ igitur causa est,vt ipsi c.insit a.quod a.est ipsum cuius gratia:id est quæ causa est, vt finis demonstretur de aliquo,scilicet a.finis de ipso c. Respondet causa est ipsum b.quod est causa effectrix. Ergo altera causa per alteram de aliquo demonstrari potest. Quærebatur secundo. Vtrum causa demonstrans possit esse definitio causæ demonstratæ,& respondet. Hos autem.i.causa demonstrans vt ratio est illius.i.causæ demonstratæ. Nam(vt Philoponus inquit)non eminere cibos nō est simpliciter definitio sanitatis, sed vt ratio. Non.n.vna causa est ratio atq; definitio alterius propriæ. Et ppterea dicit a.quod sanum esse, & causa finalis sic hoc est per aliquid,quod est vt ratio:demonstrabitur, econtra vero(vt propter quid b.ipsi c.inest propter quid simpliciter demonstrabitur)quoniam hoc est sanari, quod est sic se habere(vt.s.cibi non natent)& ita medium qđ est causa effectrix,quo demonstratur finalis causa non est definitio simpliciter sanitatis,neq; propter quid simpliciter,econtra vero causa finalis bene est simpliciter propter qd causæ effectiuę. ℂ Debes scire(vt Philoponus inquit)aliquando nomina esse rationibus manifestiora. Aliquando rationes manifestiores nominibus. Ideo Aristot.e.inquit. Oportet autem cōmutare rationes manifestas ad nomina,& aliquando cōtra,& sic singula id est vterq; propositiones syllogismi magis apparebunt. Vel melius iuxta hanc expositionem: quia vsus est infinitis pro rationibus. Dixit enim non eminere cibos esse sanari,& ambulare post cęnam esse non eminere cibos,quæ res est aliquatenus cōtra vsum, inquit. Oportet autem commutare rationes quæ sumptę sunt per verba infinita,ad nomina, quia vbi dicebatur ambulare dicere possumus. Ambulans, & vbi dicebatur non eminere cibos,potest dici prohibens cibos, & vbi sanari dicebatur,dicatur sanum,& ita singulæ propositiones magis apparebunt. Hæc est expositio quæ mihi magis placet.

Alia expositio melior.

Notandū.

*Ordo autem generationis ac ortus uerso modo sic se habet in his & in mouentibus causis. In illis enim primo mediū fiat oportet. In his autem c.ipsum extremum primo,deinde id ultimū gratia cuius cætera fiunt.*

*Generationes autem econtrario hic,& in causis secundū motum. Ibi quidem enim medium oportet fieri primum. Hic autē ipsum c.extremum. vltimum uero ipsum,cuius gratia est.*

Declarauit p quodlibet genus causæ fieri posse demonstrationē. Nunc vero de medijs,quibus demōstratione fiunt,vt Them. placet. Talē differētiam ponit,q trifari mediū in demōstratione constituit. Aut vt prius ordine ipso effectu,qui demonstratur aut vt posterius ordine,aut vt simul. Prius ordine effectu demonstrato est medium quod est causa effectrix,pôsterius vero ordine,est mediū,quod est causa finalis. Simul deniq; est definitio,hoc est quid est,& qđ rei esse est. Et huius rei causa est,quia rerū generationes aliter fiunt ab ipsa mouente causa. Aliter a finali causa,aliter a formali,& hoc inquit. ℂ Generationes autem ecōtrario hic,& in causis ſm motū fiunt. Ergo supple & media,quæ sunt causæ illo effectuum aliter se habent in demōstrationibus, nam ibi hoc est in demonstrationibus effectuum causarum efficientium mediū oportet ordine primum fieri, cum effectrix causa ordine effectu prior sit. Hic vero .s.in demonstrationibus effectuum causę finalis c.id est medium est vltimum ordine,atq; effectu posterius. Et per c.intellexit mediū proximę demonstrationis. Pro

Com.so.

Expositio Themi.



ptcrea

præterea subdit. Vltimum autẽ supple intelligo illud, qđ est cuius gratia.i.finis, quod in proxima demonstratione a.appellabatur. Tacuit autem tertium mediũ, quod simul est cũ effectu demonstratio: propter breuitatem, & quia intelligitur ex his duobus, accepit ¶ Vel intellige sic. Generationis aliter fiunt in causis, quæ agunt p motum, & aliter in causis finalibus, nam in causis, q̃ agũt per motum, oportet medium fieri primum & ante effectum. hic autem.s. in causis finalibus ipsum e. vltimum hoc est effectu, supple oportet fieri primũ, & ante causam, vltimũ autẽ sup. dico cuius gratia. ¶ Philoponus

Expõ Ph. vero ſm secundam expõnem per generationes intelligit consequentias syllogisticas, & tunc est sensus. Generationes autem syllogisticæ contrario hic.s. in causis finalibus: & in causis ſm motum. i. effectiuis fiunt. In cõsequentijs enim syllogisticis, quæ per causam mouentẽ fiunt, causa præcedit effectum tempore. In consequentijs vero syllogisticis, quę per causam finalem fiunt, effectus pręcedit causam, inquit. ¶ Generationes autem.s. syllogistice ecõtrario hic.s. in finalibus causis, & in causis ſm motũ fiunt. Ibi quidem enim.s. in causis effectiuis mediũ oportet fieri primũ. Hic autem.s. in causis finalibus ipsum c. extremũ, quod est effectus, oportet fieri primum. Sed vltimum, quod vltimo loco fit, est ipsum. Cuius gratia hoc enim est, quod vltimo fit.

*Fieri autem potest ut idem gratia sit alicuius, & ex necessitate, veluti propter quid per laternam penetrat lumen. Et enim id quod minores habet partes, subtiliore sua, necessario per meatus maiores penetrat, ampliore sue. Siquidem lumen fit, quia trãsit. et cuiusnam gratia, ut non deuiemus, pedes'q; etiã offendamus. At ut est in hisce quæ sunt, sic ne etiam est in hisce quæ fiunt, ut si cum ignis extinguitur tonitat; necesse est strepitus sonus'q; fiat. Et ut pythagorici dicunt, terroris gratia quo pertineãt hi qui in tartaro degunt.*

Tex.12. *Contingit autem idem, cuius gratia esse, & ex necessitate. Vt propter quid penetrat laternã lumen. Etenim ex necessitate disgreditur, quod in parua est partibilms per maiores poros, si quidem lumen fit disgrediendo. Et gratia cuius, ut non offendamus. Nonne igitur si esse contingit, & fieri contingit. Sicut si tonat extincto igne necesse est septire, & sonare. (Et quemadmodum Pythagorici dicunt) Minarum causa his, qui in Tartaro sunt, ut timeant.*

Sizire Septire Com.81. Cõtinuatio Cum declarauit Aristo. demonstrationem fieri posse per vnũquodq; genus causæ. Nunc Aristo. declarat vnum & eundem effectũ posse per plures causas declarari atq; demonstrari. Et hoc proponit. cũ inquit. ¶ Cõtingit autem idẽ, hoc est eandem rem esse, cuius gratia .i. esse per causam finalem, & ex necessitate .i. per materialẽ causam. Et hoc pacto exponit Philoponus. Et ponit exemplũ, & inquit. Vt propter quid penetrat laternam lumen. Ad hoc responderi põt per materialẽ causam, & per finalem. Et respondet per materialem, & inquit. Etenim ex necessitate disgredit, quod in parua est partibilius, per maiores poros. Hoc est qui tenuissimũ lumen p minus tenues, & latiores poros vitri, videlicet aut laternę siue pellis aut alicuius taliũ pertrãsit. Hęc .n. demonstratio ex dispositione luminis, & ex dispõne laternæ procedit, & ita ex necessitate materię. Addit siquidem lumen fit disgrediẽdo, quia secundum veritatem lumen non est corpus, & ita non per poros pellis penetrat. Propterea dicit. Siquidẽ lumen fit disgrediẽdo, qa reuera nõ fit disgrediẽdo: Lumẽ intra laternã cõtẽto nõ penetrãdo illuminat: sed recipit ĩ diaphano vitro vel pelle seipm p totũ Aererũ Hemisphæriũ multiplicãdo. ¶ Rursus rñderi põt: & p cãm finalẽ, vt nõ offendamus, hoc est ne deãbulãtes noctu his, quę ante pedẽ iacẽt, offendamus. Deinde ponit aliud exemplũ (vt inquit Philop. vt reducat qũo vna & eadem res fieri põt: & p finalem cãm: & per materialẽ. Cũ.n. quæritur propter qđ Sonat, ex cã materiali rñderi põt: qa nubes septit & tonat Tonitruũ.n. constat tanq̃ ex materia ex ipso sono & septione. Ex cã vero finali rñderi potest (inquit Pythagoras, vt timeãt hi qui in Tartaro sunt: inquit. Nõne igitur si esse contingit supple aliquẽ effectũ ex cã finali, & materiali, fieri cõtingit ẽt ex cã finali, & materiali, quasi dicat sic: & p ea quæ esse contingunt: itelligit effectus, q permanẽtes sunt, & aliquo tpe durabiles (vt illuminatio, & id genus) & p ea, quæ fieri cõtingit, intelligit effectus instabiles, qui paruo tpe durãt: vt Tonitruũ, & id genus. Propterea dicit si esse cõtingit.i. si de effectu pmanẽte contingit: quod dictũ est, vt.s. per plures cãs sic: etiã de effectu nõ pmanenti, qđ in fieri esse habet, cõtingit ipm fieri ex pluribus causis, Sicut si Tonat ex extincto igne, necesse est Sizire siue Septire, & Sonare. Et ita Tonitruũ vt ex materia constat septione & sono ¶ Alij vero sic intelligũt si Tonat: necesse est ignẽ extingui in nubibus. Si autẽ extinguitur necesse est Sizire siue Septire, & consequenter sonare, mõ sonare ẽ tonitrui materialis cã ¶ Vel forsasse melius hoc exemplum est ad mentem Empedoclis, q voluit ignẽ in nubibus extinctũ esse materialẽ cãm tonitrui; q̃re tonat vt ex cã materiali scdm Empedoclẽ ex ipso extincto igne. Si.n. tonat ex extincto igne, necesse ẽ sizire & sonare.s. tonitruũ effici, ideo materialis causa tonitrui est ignis extinctus. ¶ Quo vero ad verba attinet, Sizire gręce latine est septire, est aũt septire (vt cũ extinguitur ferrũ in aq̃: sonare), Quę vero sit materia tonitrui, & q̃ effectrix cã, In meteorologicis declarauit Aris. ¶ Nonnulli vero dicunt hoc exemplum: quod Aris. de tonitruo assignauit, fuisse exemplum, quo voluit eundem effectum demonstrari posse per finalẽ, & p efficientem cãm. Nã extinctio ignis effectrix cã est tonitrui. Et sic exponũt verba sic nõne igitur si esse cõtingit, id est cõtingit demõstrari p cãs, essendi, vt sunt materia & finis, ita etiã cõtingit fieri.i. demõstrari per cãs fiẽdi, quæ sunt effectiua; & finalis. Finalis.n. causa dicitur essendi, & fiendi. Propterea in vtroq; exemplo intelligit ¶ Quę expõ licet nõ cõsonet verbis Aris. rẽ tamẽ propositã non variat. Quod vero responderi possit p causam finalẽ. etiã ostẽdit, cũ inqt Et (quẽadmodũ Pythagorici dicunt) Tonat Iuppiter minarum causas his, qui sunt in Tartaro. vt timeant, Hæc.n. cã finalis est secundum Pythagoricos. Sed secundũ Aristotelem causa finalis tonitrui est (vt Aer expugnaretur ab exhalationibus) quę aerem inficiebant. Aer enim expurgatus viuentibus animalibus prodest.

Expõ. 1. exempli. Arl. de cã tonitrui secũda tertia

Verborũ expositio.

Alia expõ aliquorum exemplo.

Qualis expositio

*Atq; plurima talia sunt, præsertim in hisce quæ natura talia fiunt, & cõstãt. Altera nãq; natura alicuius gratia facit. altera necessitate. Necessitas autem est duplex. Alia enim est secundũ naturam, & appetitionem. Alia uiolenta, quæ quidem est præter appetitionẽ. He nẽcessitates extant cum lapis nunc sursum. nunc deorsum mouetur. Nã tametsi necessitate lapis utroq; motu cie*

*tur, non eadem tamen necessitate.*

*Plurima autem huiusmodi sunt, & maxime in his quæ natura subsistunt, & constant, nam hæc quidem propter hoc natura facit. Illa uero ex necessitate. Necessitas autem duplex est. hæc quidem secundum naturã, & aptitudinem. Hæc uero uiolenta & contra aptitudinem, sicut lapis ex necessitate & sursum deorsum fertur, sed non propter eandem necessitatem.*

Com. 82. Cum declarauit effectum demonstrari posse p plures causas: ostẽdit qui sint hi effectus, & inquit. ¶ Plurima autẽ huiusmodi sunt, qui per plures causas demonstrari possunt. & dixit plurima, quia nõ omnia. Ideo exponit: q̃ sint ista plurima, & inquit. Et maxime in his, quæ natura subsistũt: & constant: quales sunt effectus naturales. Nã vna natura est: quæ facit propter hoc: vt quoties id facit, per se & non præter intentionem. Alia natura est, quæ facit ex necessitate quia prӕter intentionem, & solum ex materię necessitate, vt quæ casualiter facit. Ex hac distinctione patet aliqua fieri propter finem. vt quæ natura facit, secundum propriam intentionem. Aliqua ex materiæ necessitate, vt quę natura facit præter intentionem. ¶ Quo vero ad verba attinet. Cũ dicit. Hæc quidem propter hoc natura facit. Verbum hæc est fęminini generis in græco, & cõstrui debet cum verbo natura. Verbum vero illa similiter fęminini generis est, & eodem verbo construendum.

Verborũ expositio.

Dubitatio ¶ Sed quęris vtrum eadem fieri possint ex naturæ necessitate, & ex fine. ¶ Respõdet Themistius multa talia vtraq; necessitate fieri posse, vt dẽtes, quorũ primores acuti sunt. Tũ q ex osse gignuntur tenuiore. Tũ gratia finis, vt cibo secãdo dirimẽdoq; habiles sint. Alia quoq; exẽpla assignat, vt legenti patet. ¶ Ex his patet quę sint illa, quę pluribus causis demõstrari possunt. Et quia dixit ex necessitate naturæ aliqua fieri. Ideo necessitatem subdistinguit, & inquit. Necessitas autem duplex est. Hæc quidem secũdum naturam & aptitudinem, vtpote quę est ex conditione materiæ. Hęc vero violenta & cõtra aptitudinem: vtpote quę est secundum causam mouentem. Cuius exemplum est lapis, qui ex necessitate & sursum & deorsum fertur, sed non propter eandem necessitatem. Sursum n. fertur propter necessitatẽ agentis, a quo violẽter mouetur. Deorsum vero propter necessitatẽ naturæ atq; materiæ, ex qua cõstat.

Rũ. The.

Philopo. ¶ Et (vt recte Philoponus notat) Aristo. hic necessitatẽ duplicem assumpsit, tamen in alijs quadrupliciter dixit necessitatem dici, vno modo simpliciter. Secundo ex suppositione. Tertio secundum naturã. Quarto prӕter naturã. In alijs autẽ dixit quinq; modis sumi necessitatem. Addit. n. quintum modum pro vtilitate.

Quot modis necessitas accipiatur apud Ari. hic & quo i aliis locis 5. meta. te. c6. 6.

*In his autem quæ proficisci solent a mente, quædam nunquã sunt a casu, ut domus uel statua, neq; necessitate, sed alicuius gratia. Quædam sunt etiam a fortuna, ut sanitas atq; salus. Maxime uero in quibus fit. ut sic & aliter sese habeant, cum generatio non est a fortuna.*

*In his autem, quæ sunt ab intelligentia. Alia quidem sinequaquam sunt ab eo, quod est per se frustra, ut domus. aut effigies neque ex necessitate sunt, sed propter hoc. Alia uero a fortuna sunt (ut sanitas, & salus) Maxime autem in quibuscunq; contingit & sic, & aliter, cum non a fortuna generatio fit.*

Com. 83. Declarauit Aris. quæ per plura media. Nunc: quæ p vnũ demonstrentur, quęue per nullum, & ponit talem diuisionẽ, videlicet. Eorum, quæ fiunt ab intelligentia i. a cognitione, & proposito. Alia fiunt solum propter hoc. Alia vero penitus a fortuna. Fiũt autẽ pp̃ter hoc solum quæcunq; nec prӕter intentionẽ fiunt, nec necessitate materiæ, vt domus, & effigies, & vniuersaliter, q̃cunq; arte cõficiũtur. Quę. n. arte conficiuntur (vt Philoponus inqt) nec sponte fieri dicuntur. Id. n. sponte fit. quod sine causa manifesta fit. nec præter intẽtionẽ. Nullus. n. domum aut statuam erigit præter intẽtionẽ. Nec ex necessitate materię, nõ. n. ex lignis solis, & lapidibus solis sine artifice domus fieri potest. Quare hæc q̃ arte conficiuntur, solum propter hoc, hoc est propter finem aguntur. Patet ergo eorũ, quę fiunt ab intelligentia, aliqua fieri solũ propter hoc. ¶ Quo vero ad verba attinet. Intelligentia gręce est διάνοια, & pro cognitione, & proposito intelligitur. Eorum insuper quæ fiũt ab intelligentia alia sunt, quę fiunt a fortuna, vt sanitas, & salus. Sanitas quidem in ægrotante per absentiã medici. Salus vero in naui per absentiam gubernatoris. Affert autem conuenientiam inter hęc, quę ab arte, & hæc, quę a fortuna fiunt, q vtraq; in cõtingentibus fiant (vt Philoponus inquit). Verum ab arte fiunt contingẽtia. cũ eorum factio nõ est a fortuna, sed ab ipsa cognitione opificis, & hoc inquit. Maxime autẽ artificialia sunt in quibuscunq; cõtingit sic, & aliter. i. in cõtingentibus, modo talium cõtingentium generatio atq; productio nõ fit a fortuna: Sed ab intelligentia. ¶ Patet ergo eorũ, q̃ fiũt alia fieri a natura. Alia ab intelligentia, eorũ vero quæ fiũt ab intelligentia, alia fieri ab ipsa arte, alia fieri a fortuna. Tũc patet quæ pluribus medijs. quæ vno medio. s. fine, quæ nullo demõstrãtur. Naturalia quidem pluribus medijs demonstrãtur, q pluribus e causis proficiscantur. Artificialia vno medio, q e fine tantum exoriantur Fortuita vero nullo, quod ob nullam causam fiant. Hoc pacto textus iste exponatur. Non autẽ habemus a græcis expositionẽ, cũ & quæ Philop. & Themistius dicunt, ad textus expositionem pauca sint.

Verborũ expositio.

Diuisio eorũ quę fiũt

*Quare si finis sit bonus, ea quæ ad illum cõsequendum efficiũtur alicuius gratia fiunt. Et aut a natura, aut ab arte, A fortuna uero nihil cuiusquam fieri gratia solet.*

*Quare finis bonus alicuius gratia fit. & aut a natura, aut ab arte. A fortuna autem nihil propter aliquid fit.*

Com. 84. Corollariũ istud est, cũ sit pulchrum, & nõ ad rẽ. Sed quasi extra ppositũ, q a fortuna nullus finis bonus fiat sed solum aut a natura, aut ab arte, probat: Omnis finis bonus alicuius gratia fit. Fortuna nihil facit alicuius gratia, sed sola Ars, vel natura. Ergo a fortuna nullus finis bonus fit, sed solum a natura vel fortuna. ¶ Dices thesauri inuentio non est bonum, certum est esse bonũ, & tamen aliquando a fortuna fit. ¶ Fortasse bonum est, non tamen finis bonus, cum non sit finis suffodientis vt fodiens est. Sed alia ratione est bonum.


Obiectio.

Solutio

*Eadem autẽ causa est in his quæ sunt, & in his quæ fiunt, & in his quæ fuere, & in his item quæ fient, futuraq; sunt. Medium enim ipsum causam esse constat. Verum differentia quædam esse uidetur, Eorum enim quæ sunt, est, eorum quæ fiunt, fit eorũ quæ fuere, fuit, eorum deniq; quæ fient, erit. Nam ut hæ patefiant exẽplo, cum interrogamur cur fuit, uel fit, uel erit, uel est, defectio lunæ, quia fuit, uel fit, uel erit uel est terra inter solem & lunam accommodatissime respondemus. Quid est glacies, & accipiatur aquam congelatam ipsam esse. Atq; sit aqua quidẽ c. cõgelata autem a causa deinde collocentur in medio quod ipsum occupat*

*cupat b.absentia penitus ipsius caloris b.igitur ipsis c.inest a. quoq; b.ipsi cõpetit. Atq; fit glacies, cum ipsum b.fit, & fuit cum fuit, eritq; cum erit. Ea igitur quæ hoc pacto est causa fit, et est, & fuit, & erit una cum eo cuius esse causa dicitur.*

*Eadem autẽ causa est & in his, quæ fiunt, & factis, & futuris, quæ quidem est his, quæ sunt. Mediũ enim causa est. Præter quã in his, quæ sunt, quæ est, in his, quæ fiunt, quæ fit. Factis aũt facta. Futuris uero futura. Vt propter quid factus est defectus, propter id q in medoi, facta est terra, fit autem propter id q fit. erit autem, propter id quod erit in medio, & est autem, propter id quod est. Vt quid est chrystallus accipiatur iam, quoniã aqua congelata est, aqua in quo c. Congelata in quo a. Causa media ĩ quo b. defectus caloris penitus: Inest igitur ipsi c. quidẽ b. Huic autem congelatum esse, quod est in quo a. Fit itaq; chrystallus, cũ fiat b. facto est autem facto est Erit autẽ, futuro b. Sic quidẽ igitur causa & cuius causa est, simul fit, fit, cum fit, & est. cum fit, & in eo, quod factum est, & in futuro eodem modo.*




Com. 85. Intentio huius partis est probare q idẽ mediũ fit in his quę fiunt, & in his, quæ facta sunt, & in his quę futura sunt in rebus generalibus & corruptibilibus: quod ẽ in his, quę sunt, hoc est mediũ in rebus generalibus & corruptibilibus ita coæuũ est effectui, q fit, sicut mediũ in rebus quę sunt. i æternis, coæuũ est rebus ipsis æternis, ꝓbatur in rebus generalibus cã eadẽ est in his, quæ fiunt, & in his quę facta sunt, & in his q̃ futura sunt fieri q̃ est in his quæ sunt. i. in rebus ęternis, in rebus. n. æternis cã coæua est rei hoc pacto q cũ effectus est, causa ẽ,
52. dũ effectus fuit, causa fuit, dũ effectus erit, verbi causa. Rotunditas cœli cũ causa ita se habet, q dũ est rotunditas, eius causa est, dũ fuit, eius causa fuit, dũ erit, eius causa erit, ergo eodẽ mõ in his, q̃ fiunt, & generantẽ, cã se habet, cum. n. effectus fit causa fit, cũ effectus factus est, cã facta est, & cũ futurus sit, causa futura erit. Addit minorẽ, & inquit. Mediũ. n. causa est, ergo mediũ in his quæ generantur ita se habebit sicut in his, q̃ sunt, quia cũ effectus fit, mediũ fit & cũ effectus factus est, medium factum est, & cum effectus est futurus, medium erit futurũ. Veluti ẽt in his, quę sunt. ¶ Sed dices nõ videẽ causa esse eadẽ quæ est cum ipso fieri, & cum ipso facto, & cum ipso futuro fieri. Cum causa quę est cum fieri habeat esse actuale causa autem, quę est cũ futuro fieri habet esse potentiale, mõ esse actuale & esse potẽtiale differunt valde, non ergo est idẽ ¶ Respondet. Verũ tamẽ in his quę sunt videlicet in ęternis causa est, quæ est & ita defuit & erit in his autẽ quæ fiunt, causa est, quæ fit, in factis aũt, causa facta est. Futuris vero causa est futura, & ita vult in æternis causam esse eadem numero, q̃a semper ea: quę est, coæua tamen, quia fuit & erit cũ effectu. ¶ In rebus generabilibus (vt inq̃t Philopo.) cã eadẽ specie coęua est effectui, nõ. n. eadẽ numero causa est, quę erat in potẽtia, & quæ est in actu, cũ actus & potentia sint differẽtiæ valde oppositæ, est tñ eadẽ causa speci e, quia licet causa in potentia non sit idẽ sibi ipsi in actu secũdũ numerũ, est sibiipsi eadẽ specie. Põt tñ dici esse eandẽ numero cãm, sed priuatiue. Sicut. n. Socrates generãdus sibi ipsi genito idẽ numero ẽ priuatiue, quia nõ alius est qui generatur, & q erat generãdus, ita quoq; cã quæ est eius vt generãdi, & eius vt geniti eadẽ est priuatiue, quia non alia, Quod vero sit eadem aut speci e, aut priuatiue, ꝑ excẽpla exponit. & inq̃t. Propter q̃d factus est, defectus, propter id q in medio facta est terra. Fit aũt defectus ꝓpter id q fit. Erit autem factus defectus, ꝓpter id q in medio erit facta terra. Simili rõne in his q̃ sunt qualia sunt æterna, effectus est (vt rotũditus Cœli ꝓpter id q cã est). Hoc est primũ excẽplũ. Deinde ponit secũdum. & inq̃t, Vt q̃d est chrystallus, accipiatẽ iã qm̃ aqua cõgelata est, dicit accipiatẽ, q̃a de eius eẽ qõ ẽ Meteorologica, Verũ ꝑ excẽplo accipiatur nũc ita esse. Et tunc aqua sit in quo. c. congelata vel cõgelatũ esse sit in quo. a. causa media sit in quo. b. videlicet defectus caloris penitus. Cõgelatur. n. aqua & in duritiẽ vertitur ob omnimodã caloris euanescentiã. Igitur inest ipsi. c. aq̃. b. s. defectus caloris penitus, huic autẽ. b. inest cõgelatũ esse: qua rõne (vt inquit) Chrystallus fit. cũ fit. b. facta est: facto ipso. b. erit autẽ facta ipso b. futuro fieri. Tũc recolligit maiorem: & inquit. Sic quidẽ igitur causa: & id cuius cã ẽ simul fit, cũ fit effectus in rebus generabilibus: & est cũ sit effectus in reb. ęternis; & in generalibus nõ modo cã fit: cũ fit effectus: sed in eo q̃d factũ est. causa facta est, & in futuro eodem modo cã futura est. Et tñ differẽtia aliquã inter coæuiternitatẽ cãæ cũ effectu in generabilibus, & in æternis, q̃a in generabilibus coæuiternitas causę cũ causato ẽ respectu huius verbi fio, q̃a cũ fit effectus, cã fit, & cũ factus ẽ, cã facta ẽ, & cũ futurus ẽ fieri, cã futura ẽ fieri. In ęternis vero coęuiternitas causę & causati est respecti verbi sum es est, q̃a simul est fuit, & erit cũ effectu. Pręterea (vt Them. inq̃t.) In generabilibus cã coæua effectui ẽ formalis, hæc. n. nõ fit ante nec post, sed simul cũ effecto, vt Aris. inq̃t duodecimo libro primæ Philosophię. In æternis q̃libet cã ẽ coęua effectui; nõ solum formalis sed effectrix: & finalis, vt intelligẽti patet. Hoc pacto textus iste erit intelligendus. ¶ Philoponus autem & Them. licet verba exposuerint. Intentionẽ Aris. ignorarunt ¶ Alij nec verba Aris. nec intẽtionẽ appręhẽderunt ¶ Cũ igitur patet causas coæuas esse in generalibus & ęternis eodẽ modo, & media causæ sunt. Media ꝓfecto & in generabilib. & æternis eodẽ modo coęua erũt. Quod si coæua media causatis sint. Patet demõstrationes fieri posse a media ad causata categoricæ, & hypothetice. Seq̃tur. n. categorice aquã esse congelatã, q̃a est calore deficiens, & sequitur hypothetice aquam esse congelatã, sic calore deficit, & non modo a causa ad effectum, sed contra ab effectu ad causam, & totius rei huius causa est coęuiternitas medij cum causato.

In rebus gñabilibus cã eadem spẽ est coęua effectui.

In generabilib' coæuiternitas cãæ cũ cã to ẽ respectu huius vbi fio: in ęternis vero ẽ respectu huius verbi sũ, es, est.

Quę expõ Philo. Them. & aliorum.

*Sed in hisce quæ non sunt simul, fit ne ut in continuo tempore. Quemadmodum nobis uidetur alia aliorum sint causæ, ceu factum facti, fiens fientis, futurumq; futuri.*

*In his autem quæ non simul sunt nunquid sint in cõtinuo tpe, sicut uidetur nobis alia aliorũ cã esse, ut facti eẽ, altera facta. Et futuri, altera futura. Et eius, quod fit, si aliquid antea factũ est*

Vt dictum est causæ aliæ sunt simul factę cũ effecti- Com. 85.

bus: vt formales: & finales. Vt addunt Philoponus, & Themistius, quod verū est de fine generationis, qui cōcidit cum forma, & non de fine rei generatę qui est gratia cuius, & acquiritur post formā. Alię sunt prius factę, (vt effectrix & materia) vt Artifex, & calx, cementū: & lapides. Alię vero posterius factæ, vt finales q̄ gratia cuius dicuntur. ¶ Tunc Philoponus sī quæstionē hāc intelligit. Vtrū in effectiuis causis & materialibus non simul existētibus cū ꝓprijs causatis, sint aliæ atq; secūdū tempus: sicut effectus est alius atq; alius secūdū tēpus; sicut nobis prima facie deceptis ꝓpter cōtinuitatē tēporis videtur. Q̄m.n. (vt inquit Philop. in tp̄e sunt talia facta: tēpus vero cōtinuū est, qa ipsius partes .s. Præterita & futura ad aliquē cōem terminū. s. ad tp̄s p̄sens copulātur. Videmur in his facile nos habere quod ē in his alterū alterius causa. Et ita per cōtinuū tēpus intelligit correspōdens & vnū tēpus: & inquit. ¶ In his autē causis: quæ nō simul sunt, nunquid sint in continuo tempore: supple cū suis effectibus: hoc est vtrū in tempore suis effectibus correspōdeant, sicut videtur prima facie nobis deceptis tēporis cōtinuitate alia aliorū causa esse, vt facti, esse altera, scilicet facta, & futuri, altera. s. futura: & eius: q̄d fit: Si aliq̄d antea factū est: esse cā quæ fit. Patet igitur quæstio: q̄ est an causæ p̄cedētes effectus, suis effectibus correspondeant secundū eorū temporū differentias. Patet & causa quæstionis, nā prima facie videtur ita esse ex tēporis cōtinuitate, adeo ꝙ effectui facto causa respondeat facta, & effectui in fieri causa in fieri, & effectui futuro cā futura. Hoc modo Philop. intelligere videtur ¶ Quę expō nō placet: nā intelligendo sic quæstionē Aris. mouisset qōnē, & illā non soluisset, nō.n. in hoc libro talē qōnē soluit. ¶ Themistius vero sic (vt mihi videtur) intelligit, cū enim Aris. declarauerat, in his causis, atq; in his medijs quę simul sunt cū effectibus ipsas causas & effectus quo ad tēpus sibijnuicē correspōdere, quia a causa de fieri sequitur effectus de fieri & ecōtra, & a causa de facto in præterito sequitur effectus in p̄terito, & ecōtra, similiter & de futuro, quæ rit nūc. Vtrū in causis nō simul existentibus cū suis effectibus, sint in cōtinuo tēpore. s. vt sibi ipsis correspondeant mutuo secūdū tempus. (Vt liceat syllogizari ab effectu in causam & ecōtra semper seruata tēporis vnitate) sicut prima facie videt̄ nobis ex eo quia alia aliorū causa est, vt facti facta, & futuri futura, & pręsentis p̄sens. Cū.n. videatur alia aliorū causa, videbitur causa p̄cedens & effectus mutuo cōuerti seruata tp̄is vnitate. Hoc pacto si hæc verba exponātur, quæstio soluit̄ statim cū inquit. (Est igitur a posterius facto) & reliqua. Et hæc expō non displicet. ¶ Expositor Thomas verba hæc aliter intelligit, & q̄dē nō ab rōne, nā cū Aris. ostēdisset in his effectibus, q̄ simul sunt cū suis causis eē mutuū syllogismū ab effectu ad cām & econtra. Quærit nūc vtrū in causis, q̄ cū ꝓprijs causatis simul nō sunt, sint in cōtinuo tēpore cū suis causatis, & intelligit p continuū tēpus (vt postea dicet) Ita vt facta cā mox sit fieri effectus, & cū fit effectus mox fiat cā, ita vt sit dicere cātū secundū tēpus cōtinuū sequat̄ ad cām, sicut ecōtra ex cāto cā, ita vt̄ prima facie sicut vr̄ nobis alia aliorum cā esse (vt facti facta) vt futuri futura, & pręsentis p̄sens.

Expō Ph.

Refutatio expōnis Philopo.

Expositio Themi.

Sequenti. pte text. expō san. Thomas.

*At cōstat in his ab eo rōcinationē extruēdā eē q̄d postea fuit principia autē & eorū ea sunt quæ prius fuerunt. Quapropter idē & in hisce quæ fiunt seruandus est modus. Sed ab eo quod ante fuit non extruitur ratiocinatio, ut quoniam hoc fuit hoc quod est posterius ortum est, similiter & in futuro.*

*Et igitur a posterius facto. Syllogismus, principium autem & eorum est, quæ facta sunt. Vnde & in his, quæ fiunt, similiter. Apriori autem non est (ut quoniam hoc factum est) quod hoc posterius factum sit, & in futuro similiter.* Igitur

Expositor Thomas propositā qōnē Aris. asserit soluisse ibi (Speculādū ergo q̄d est cōtinuum) Sed nescio cur hic eū soluisse nō putauerit: nā si sensus quęstiōis est, (vt Thomas exposuit) An causæ quę nō simul sunt cū effectibus, sint in continuo tp̄e cū suis cātis, hoc est ut e cātis liceat ad cās, & econtra syllogizare, cur hoc loco nō soluit, nō video, Vnde & Them. hic videtur colligere solutionē. Philop. etiā, & alij græci interpraetes inq̄. ¶ Est igitur a posterius facto Sylls̄ necessarius, & principiū talis necessarij syllogismi ē de nūero eorū, q̄ facta sunt, quasi dicat in talibus cōclusio est propositio significās causam, & mediū propositio significans effectum. Et nō mō in his quę facta sunt principiū syllogismi necessarij est effectus, sed etiā in his, quę fiunt de pręsenti similiter. A priori vero nō est syllogismus necessarius probās, videlicet, vt quoniā hoc factum est, hoc posterius factū sit. & sicut dixi de præterito & pręsenti syllogismū non esse necessariū a causa ad effectum, & in futuro etiā similiter dico hoc pacto potest esse solutio. ¶ Thomas tamē vult hoc non esse solutionē, sed quoddam per necessarium ad solutionem.

Com 37. Que San. Tho.

The. phil. & alij grę ci.

*Siue nanq; determinatū, siue indeterminatū fuerit tēpus, non erit unquā, ut cū hoc fuisse uere dicatur posterius unquā ipsum. In medio.n. tempore falsum erit profecto hoc ortū fuisse dicere altero iam orto. Eadem est & in futuro penitus ratio, neq; quoniam hoc fuit, hoc erit.*

*Neq; enim indeterminato, aut determinato erit tēpore ut quoniam hoc uerum est dicere factum eße. hoc uerum sit dicere factū eße posterius. In medio.n. falsum erit hoc, iam altero facto, Eadem autem ratio est & in futuro.*

Posset qs dicere, licet in talibus nō sit necessarius syllogismus a causa ad causatum s̄m tēpus indeterminatū, pōt esse necessarius s̄m tēpus determinatum. Quia licet non sequatur fuit fundamētū factū, ergo fuit domus facta, s̄m tempus determinatum sequi videtur, sequitur enim. Anno elapso fuit factū fundamētum. Ergo anno elapso fuit facta domus. Et de futuro & sequi videtur. Anno proximo fiet fundamentum. Ergo anno proximo fiet domus, & de præsenti etiam sequitur. Pręsenti anno fit fundamētū. Ergo pręsenti anno fit domus. Respondet & inquit. ¶ Neq; enim indeterminato, aut determinato erit tēpore necessario sequens. Vt quoniam hoc verum est dicere factum. s. fundamentum, hoc. s. domum verum est dicere factum esse posterius illo. s. tempore determinato, nam ex quo illud factum est tempore posterius. In medio tempore falsum erit dicere hoc factum esse. Altero iam facto, non enim sequitur ergo domus anno elapso facta est, facto anno elapso fundamēto. Et sicut dico de præterito eadem est ratio & de præsenti & de futuro.

Com 38

*Medium.n. simul habeat ortum oportet, ut sit factū factorū futurorumq; futurum, & cæterorum similiter. Ad id quod fuit & id quod erit fieri nequit, ut ortum habeant simul.*

*Neq; quoniam hoc factum est, hoc erit. Mediū enim simul genitum*

*nitum oportet esse, factorum factum, futurorum futurum, cũ his quæ fiunt fieri. Cum his quæ sunt, esse. Sed futurum esse, & esse non contingit simul esse genita.* Coelementare simul æque Cōtēporaneum

Com.89. Dices nũquid cã: quę in prçterito facta est, possit esse mediũ necessariũ eius effectus, qui erit in futuro, vt fundamentum iam factũ medium eius domus, quæ in futuro fiet, Respondet. ¶ Neq; quoniã hoc factũ est. s. in præterito, hoc erit in futuro, nõ enim quia fundamẽtum factum est domus in futuro erit. Affert causam, & inquit, Medium. n. homogonũ, hoc est contemporaneũ oportet esse cum proprio effectu, vt factorum factũ, futurorum futurum, cum his, quæ fiunt medium oportet fieri cum his effectibus, qui sunt mediũ oportet esse. Assignat autem causam Philoponus, quoniã quod factũ est, nũquã est causa futuri. Sed futurũ esse, & esse vel fieri non sunt Homogona hoc est cõtẽporanea, vel coelementaria, ergo factum non potest esse medium necessarium ad effectum futurum.

*Præterea fieri nõ potest, ut aut indeterminatũ, aut determinatũ sit ipsum medium tẽpus. Falsum. n. erit medio illud dicere tpe*

*Amplius neq; indeterminatum contingit, esse tempus mediũ neque determinatum. falsum. n. erit dicere in medio.*

Com.90. Occurres his, quę dicta sunt, si nõ licet syllogizare a causa facta ad effectum futurum secundum absolutum tempus, nunquid liceat syllogizare secũdum tẽpus determinatum (verbi causa) Heri fuit fundamẽtum. Ergo post duos, aut tres dies fiet domus. Respõdet Aris. hic, & inquit. ¶ Amplius neq; determinatum cõtingit esse tempus medium inter causam factã & effectũ futurũ, ita vt fundamento facto dici possit post duos aut tres dies fiet domus. Neq; indeterminatũ: ita vt possit dici fundamẽto facto fiet domus: nulla tẽporis determinatione facta. Falsum. n. erit dicere in medio, hoc qa i medio tẽpore cõtingit impediri: & ita cõtingit falsum esse.

*Considerandũ est autẽ quid nam sit quod continet ut in rebus post factũ eẽ sit fieri. An patet facto fiẽs nõ hærere, nec enim facto factũ etiã hæret. Sunt. n. fines ac indiuidua, nã ut punctum pũcto nõ hæret sic neq; facto factũ. Ambo nãq; sunt idiuisibilia.*

Tex.14. *Speculandum igitur quid est coniungens, ut post id, quod factum est sit fieri in rebus. ¶ An manifestum est, quod non est habitum cum facto quod fit. Neq; n. factum cum facto, Termini. n. sunt, & Atomi. Sicut igitur puncta adinuicem nõ sunt habita, neque facta, utraq; enim indiuisibilia sunt.*

Com.19. Mouet Aristo. circa ea, q̃ dicta sunt, quæstionẽ non leuem, Nã nos videmus postquã factum fundamentũ: statim fieri parietem: iterũ facto pariete: videmus fieri domum. Ideo quærit Arist. (vt Philoponus exponit) Quid est causa in tali rerum generatione (vt post factũ vnũ sit fieri alterius) sic ordinate vsq; ad finem. Hæc. n. quęstio non est leuis. Quia non videtur materia facta prius (vt fundamentũ causa ipsius fieri parietem) neq; factus paries causa ipsius fieri domũ. Neque agens videtur esse causa copulans factam causam cum fieri scilicet factum fundamentum cũ fieri parietem. Materia quidem non, quia materia nõ causat, nisi mora: agens minime: quia agens potest impediri. Ideo quæstio est nõ leuis de causa copulationis facti cum ipso fieri. Aristo. ergo pro solutione præmittit primo factum non esse facto habitũ & causa est quia facta sunt indiuisibilia, modo vnum indiuisibile nõ est alteri indiuisibili habitum. Aris. ergo primo proponit quæstionẽ, cũ inquit. ¶ Speculandũ igitur quid est coniungens (vt post) quod factum est. i. fundamentũ, sic fieri in rebus, cum materialis causa, nec effectrix esse possit. Pro responsione ergo p̃mittit factum non posse esse habitũ facto, & inquit. An manifestum est, quod nõ est habitũ cũ facto id. quod fit, & ita quæstio supponit falsum. supponit. n. factũ esse habitum ipsi fieri, quærit causam huius copulationis. Modo falsum est factũ esse habitum ipsi fieri. Quod vero factum ipsi fieri habitum esse non possit, probat, & præmittit primo factũ facto nõ esse habitum, & inquit. Neque. n. factũ cũ facto supple habitũ est, cuius cãm affert, cũ inquit. Termini. n. sunt & Atomi facta ipsa. Tũc quasi resumens ꝓbationẽ repetit suppositionẽ, & inquit. Sicut igitur puncto adinuicẽ nõ sunt habita, quia. s. sunt indiuisibilia, neq; facta sunt habita, Vtraq;. n. Punctũ. s. & factũ indiuisibilia sunt non ergo factũ facto habitũ esse potest. Ex hoc vult habere factũ nõ esse cãm copulatiuã sui cũ altero facto. Vt fundamẽtũ, cũ pariete, qm̃ ea nõ potest copulatiua sui cũ aliquo esse nisi illi sit habita, ergo fundamẽtũ nõ potest esse cã copulans se cũ pariete, & ita nec alteri factũ cũ altero, & p cõsequẽs causa materialis prius facta (quã hic factũ Arist. appellat) nõ potest esse cã seipsam copulãs cũ altero facto, & tota cã est. quia factũ (vt dicitur sexto physicorũ sicut & mutatũ momẽto cognoscitur. Et cũ indiuisibile suapte natura nulli cõtinetur, nulliq; habitũ esse possit vt ibidẽ dictũ est. Iure factũ facto nõ põt habitũ esse. ¶ Debes scire habitũ esse in minus: q̃ imediatũ, qm̃ immediatũ non addit contactum, habitum vero addit & ideo non possunt aliqua esse habita, nisi se mutuo cõtingãt. Præterea secundũ alios habitu includit situm, immediatum non. Ideo non possunt esse aliqua habita, nisi in situ aliquo collocẽtur. Quod si ita est. non ab ratione dictum est factum facto nõ esse habitum, cum sint indiuisibilia tempore quæ, & tactu, & situ carent in tempore. A.te.40. vsq; ad.50 Circa principium Notandũ.

*Nec igitur ob idipsum facto fiens hærere potest: Fiens. n. diuisibile, factũ indiuisibile cõstat eẽ. Vt igitur linea sese habet ad punctum, sic fiens ad factum. Nam in eo quod fit infinita sunt facta. Magis autem de hisce clarius est dicendum in uniuersalibus libris de motu.*

*Neq; igitur quod fit, cum facto propter idem. Quod enim fit diuisibile ẽ, factũ aũt indiuisibile, sicut igitur Linea ad pũctũ se habet. sic id, qđ fit, ad factũ. Sũt. n. infinita factã in eo, qđ fit. Magis aũt manifestũ ĩ uniuersalibus de motu oportet dicere de his.*


Com.91. Præmissa suppõne, videlicet q̃ factũ nõ põt facto eẽ habitũ, ꝓpter indiuisibilitatẽ facti, p quã nulli põt esse habitũ, nõ ex suppositione, sed ex ratione, qua ꝓbauit suppositionẽ, Deducit secũdo factum nõ posse eẽ habitum ipsi fieri, nã cũ factũ sit indiuisibile, nulli habitũ esse potest, propter sui indiuisibilitatẽ, quia nec indiuisibili, nec diuisibili. Est enim indiuisibile sua idiuisibilitate nulli habituabile, & hoc inquit. Neq; igitur quod fit, cũ facto habitũ esse põt propter idẽ & ita nõ ex suppositione hoc deducit, sed ex ratione, q̃ suppõ ꝓbata fuit, ꝓpterea dicit ꝓpter idẽ, vt det intelligere ex ꝓbatione eẽ hoc deductũ nõ ex suppositione. Et q̃ ex suppositione nõ deductũ sit hoc, sed ex suppositionis rõne, inquit. Qđ. n. fit licet supple diuisibile sit, & alicui habituabile, factum tamen quia indiuisibile est: nulli habituabile: quia neque indiuisibili, neq; diuisibili, & ita nec ipsi fieri habituabile est. Deinde quasi epilogans rõnẽ & id,

quod ex ratione deducit:inqt. Sicut igitur linea ad pũ ctum se habet:sic id,qđ fit ad factũ:nã in vno fieri infinita facta sunt,vt in vna linea infinita puncta,quare vt pũctum nõ potest esse habitum lineę propter puncti indiuisibilitatem:ita nec factum esse potest ipsi fieri habitũ propter facti indiuisibilitatẽ. Sed qa sexto physicorũ dictum est punctum esse immediatum lineæ, non tamẽ puncto(quia indiuisibile potest esse immediatũ diuisibili)non tamẽ indiuisibili,ne quis credat eodem modo factũ posse esse habitum ipsi fieri: ideo tem hanc ad sextũ physicorũ transmittit. Ibi.n.declarabitur non esse simile,nec valere argumentũ hæc possunt esse immediata:ergo habita,quoniam habitum addit cõtactum & situm:immediatum non,vt dictũ est, & quia indiuisibile sua indiuisibilitate nihil cõtangere potest,ideo nulli potest esse habitũ. Potest tamen bene alicui esse immediatũ,qa potest esse rei diuisibilis terminus:atq; finis: & p cõsequẽs,rei diuisibili immediatus. ℭ Ex hac secũda cõclusione vult habere fundamẽtũ ipsum siue causam materialem prius factam,nõ posse se copulare ipsi fieri: ita vt post ipsam sit immediate ipsum fieri alterius rei: & ita Arist. solũ declarauit negatiuã:quia solum exposuit factum non posse esse habitum ipsi fieri, & per cõsequẽs patet factam causam,quæ est materia,nõ posse esse ipsi fieri habitã,nec posse seipsam copulare ipsi fieri. ℭ Sed quid sit copulãs factũ cũ fieri. ℭ Themistius innuit tale copulãs esse tẽpus:nã cũ tempus cõtineri serie est: facit videri res,quæ modo fiunt:cõtineri cũ factis. Cũ.n.omnis generatio fit in tempore:& generatum atq; factũ finis sit generationis,q finis esse nõ potest nisi momento. tẽpus ergo facit vt copuletur factũ cũ fieri:qm facit (vt fieri copuletur suo fini) . Et ita licet factũ nõ possit esse habitũ ipsi fieri:potest illi copulari secundum temporis seriẽ,eo modo quo finis tandẽ copulatur ei,cuius est finis. ℭ Ego vero nõ intelligo hãc copulationẽ fieri a tẽpore sine agẽte. Sed intelligo hãc fieri ab agente,quod in tempore tandẽ complet eius actionẽ. ℭ Ex his sequitur.ꝙ licet nec factũ facto,nec factũ ipsi fieri habitũ esse possit,tñ per tẽpus põt fieri ipsum copulari facto eo modo,quo fieri copulatur immediate suo fini.

*De eo igitur ipso quomodo sese habet mediũ cũ deinceps fit generatio,hæc eo usq; sumantur. Nam & in his ipsis medium et primum necesse est medio u acare,uelut,a,fuit cũ sit factũ,c, Antea autem fuit,a,Atq;,c, principium est ex eo quia propinquius: est eo puncto,quod est principium temporis. Item,c, fuit quomã d,fuit. Orto igitur,d,necesse est,c,fuisse, e, uero orto necesse est a,prius ortum fuisse. Atq; si medium hoc acceperis modo, ad id tandem accesseris quod medio uacat.*

*De eo igitur quomodo cum eo quod consequenter fit generatione, se habeat media causa,in tantum acceptum sit. Necesse est enim & in his primam & mediam immediata esse, ut,a, factum, quoniam,c,factum est. Posterius autem,c,factum,a,autem prius est. Principium igitur est,c,propter id, quod proximum est ipsi nunc,quod est principium temporis. Sed,c,factum est. Si,d,factũ est. Cum igitur,d,factum est.necesse est & ,a,factum esse . Causa autem est ,c. d.enim facto,necesse est,c,factum esse,c. autem facto, necesse est ,a.prius fuisse factum. Sic autẽ accipiens aliquod medium stabit alicubi ad immediatum.*

